1532



Opus de Morbo Gallico
















¶ IACOBI CATANEI LACVMARCINAEI GENVENSIS MEDICI DOCTIS. AD ILLVSTREM DOMINVM ANDREAM ORIAM SACRI ORDINIS.S. MICHAELIS MILITEM REGIAEQVE CLASSIS PRAEFECTVM.

¶ Opus de morbo Gallico.

Annualis Leucroni Foss.

Iacobus Cataneus Lacumarcineus Illu. D. Andreæ Oriæ. S. D.



T SI PRISCAE AETATES. Illustris uir, incommodis iaculisq; cælestibus non caruerunt, ætas tamen nostra longe grauiora terribilioraq; a summo DEO sceleribus nostris condigna perpessa est. Quæ siquidem nō solum diras grādines, iracūda fulmina, rapaces turbines, lachrimosa bella, miseram famem, pestemq;, uerū, & nouum genus mali, ac sæuissimum in nos Diespiter ipse neglectus exercuit. Quo lacerati mortales & territi extiterūt. Fuere plurimi qui de eo morbo uaria senserūt. Quidā nouū, alii iam uisum, & ab antiquis ptractatū, diuersum ex inde curationis modū posuere. Nos uero cōsiderātes DEVM qui & Aspidē, & Basiliscū, ceteraq; aīalia uenenosa, omne & genus ueneni fecit, simul & medicinā pduxisse pariter hodiernis ēt tpibus huius morbi exqsitā notitiā remediaq; eūdem nos nō celatug credidimus. Hæc cū ingenio nr̄o flatu diuino illustrato cōperiant, exorato cælesti prius auxilio de more nr̄o ne desidia pmeremur sup eo morbo sæpius cogitātes, originē, essentiā, secundū oēs eius causas, signaq;, tū prognostica, tū demonstratiua, auxilia quoq;, quæ aduersus eundē morbū psentanea ac plurimū cōferētia depræhēdim, in mediū adduximus. Quæ laborū meog monumēta splēdore ac gloria nominis tui allectus idq; æternitati mādare cupiēs, cū sis omni uirtutū genere imbutus, tibi libētissime offero. Et eo magis quod cui meas lucubrationes dicarē, digniorē nullū inueniebā. Tu. N. ex præclaris maioribus ortus, familiā tuā Oriā per se illustrē, tuis uirtutib' illustriorē reddidisti Tu orthodoxæ fidei patriæq; nostræ decus & psidiū existis. Qui mihi uelut alter Alcides ad monstra, maritima psertim, domāda nat' esse uideris. Quot aūt & q̄tos labores grauissimaq; pericula p utraq; tuēda subieris. testes sunt turcæ, Afriq; piratæ, quos sæpissime fudisti ac strauisti, plurimosq; captiuos fecisti, & hoc fere quotānis a te factitatū fuisse perspeximus. Sed inter cætera a te fortiter & fœliciter gesta illa pulcherrima, & nō reticēda uictoria fuit, Qua supra Plumbinū ad insulā planariā aduersus Piratag Turcarū, & Pænorū classem potitus es, Quæ tūc plurima nauigia & nonnullas onerarias naues ceperat, atq; uicina mari opida Sardiniæ Corsicæq; populata fuerat, nec nō ut te pderent, hostes eo uenerāt. Tu uero spōte, & dedita opera pro iusticia & comuni salute illuc te contulisti, ubi, ut audiui, eminus aliq̄diu tormētis certatū est haud segnius respōdentibus aduersariis, pugnant enim parati uel uin-

cere uel certe occũbere morti, deinde cominus iniectis coruis pugna commissa est. Quæ tã atrox & aspa fuit, ut talẽ raro mortales uiderint. Cũq; æqs uirib9, ancipitiq; euẽtu aliq̃diu pugnatũ esset, Postremo, diuina iustitia fauente, ferocissimi hostes te, & tuos fortes milites militari disciplina firmatos ferre nõ potuerunt. Ibi classis ille dux barbarus cedere nescius, aduersam pugnã & stragẽ suorũ conspiciens, saucius ora, ne captiuus tuus fieret, se se in mare præcipitẽ dedit, ex infidelibus plurimi sunt cæsi, multi capti, tantũq; sanguinis turcarũ & pænorũ fusum est, ut Neptunus rubuerit. Vnde te uictorem redeuntẽ parta ex hoste spolia triremes biremesq; more triumphãtis potest te trahentẽ, ciues tui exultantes uiderunt. Aequã tamẽ & tẽperatã ab insolẽti letitia mentẽ tibi inesse, ex illa uultus æqualitate Socratica, quã aduersis & secundis in rebus semper seruare consueuisti, plane perspexerunt. Nec plus Agrippa ex bello Siculo, nec ante plus ex piratico Pompeius apud Romanos laudis adeptus est, Quã tu ex hac uictoria apud ciues, & externos etiã gloriæ reportasti. Tua præterea liberalitas, & in ciues tuos charitas prespecta est. Quum sub Rege galliæ cum tuis triremibus militans, plurima eorum fortunæ bona uiolenter dirrepta ferro redemeris, plurima etiã ne ab hoste caperentur tutatus sis. Et, ut summatim de hac re dicam. Quæcũq; ciuiũ tuorũ bona quouis modo in manus tuas peruenerint, quum ea retinere posses noluisti, sed candida, & non fucata iusticia, ut uirũ fortẽ decet, nulla factionũ habita ratione, unicuiq; qđ suum erat reddidisti. Qua in re ita te excellentẽ exhibuisti, ut Proculeium superaueris. De quo Poeta lyricus talia cecinit in carminibus. Viuet extẽto Proculeius æuo, notus in fratres animi paterni, illũ aget pena metuente solui, fama superstes. Ille. N. tantũ in suos fratres, tu in uniuersos ciues benignus apparuisti. Vt qui optime intelligis qui multa possideat eũ nõ recte diuitem & beatum uocari, sed illum, ut illo utar Oratiano carmine, Quisquis ingentes oculo irretorto spectat aceruos. His igit tuis præclarissimis uirtutibus, qđ difficillimum inter mortales est, inuidiã superasti, nomenq; tuum in ultimas orbis oras extendisti, ut nõ minus notum & celebre apud barbaras nationes, quam apud Italas Andreæ Oriæ sit nomen, Vt non immerito illa Maronis carmina tibi accommodari possint. In freta dum fluuii currẽt, dum mõtibus umbræ Lustrabunt, conuexa polus dum sidera pascet, semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebũt. Plurima præterea quæ de te dici possunt, ne, quod nec locus præsens postulat, historias texere, præclara & tua gesta meo imbecilli ingenio attenuare uidear, tacebo. Quis enim Vlixis per mare uafros, celeresq; cursus, Iouẽ & fulminantem clarũq; giganteo triumpho digne scripserit? Qualem classis

Cæſaria paucis ab hinc menſibus, qua decem milia uirorum fortium ue/hebantur. Quum huc curſum dirigeret, iamq; in conſpectum ueniſſet, te tunc claſſis põtificiæ præfectũ tuis cũ nõnullis Franciſci Sereniſſimi francorũ Regis ſociis triremibus dure expta eſt. Quam tormentis confuſam, contuſamq; mirum in modum, qđ Neptunus quietus certioribus hinc icti bus tibi conceſſerat, breui tpis ſpatio perdidiſſes, niſi Aeolus uentorũ rex uiolento aquilonis impulſu, iuſſu Iouis maiora tunc molientis ſoluti, ob/ſtrictis aliis, illam ſub noctem e conſpectu tuo ocyſſime abſtuliſſet. Multis tamen ex hoſtibus interfectis, & una nauium ſubmerſa a pugna ceſſatum eſt. Quæ quidem & ſi amicorum claſſis eſſe uidebatur, tamẽ ſi in portum incolumis perueniſſet, nulli dubium erat quin uniuerſæ ciuitati maximã cladem fuiſſet illatura. Idq; ne inimici quidem inficiantur, quod quidẽ tibi uni acceptum referri debere, non ſolum optimus ſed peſſimus quiſque merito fatet. Hic fit ut Reges & principes Chriſtiani certatim in partes ſuas trahere te ſtudeant, & magnis premiis propoſitis inuitent. Vt qui ſibi per/ſuaſum habent. Quicunq; te ſecũ habuerit eum uoti cõpotem fore, & longe claſſe te duce & auſpice præualiturum. Ob hæc igitur te potiſſimũ de/legi, cui opuſculum hoc qualecunque eſt, dicarem, Quod tu, quæ tua eſt humanitas, benigne, & læta fronte ſuſcipias: rogamus. Nam ſi tibi placu/iſſe intellexero, mearum uigiliarum me fructum maximum cepiſſe exiſti/mabo. Vale Decus patriæ, cui me iterum atq; iterum commendo.

CAMILLI QVERNI MONOPOLI/TANI ARCHIPOETAE CARMEN.

Poſt uarios morbos, Quos inclementia cæli
  Protulit. Vna lues ſæuior incubuit.
Gallica nunc fertur. nulli iam uiſa priorum.
  Et nullis olim cognita temporibus.
Hanc ſcriptis plæriq; nouis auertere niſi.
  Nil tamen humanum reſtituere genus.
Splendicat ante alios Diuinæ lumine mentis.
  Optatam & miſeris fert Iacobus opem
Omnia diſſoluens aliorum ſcripta ſophorum.
  Pandit Apollinea cœlica dona manu.
At tu, Qui horrenda cruciaris labe. Iacobi
  Hæc monimenta, Vigil perlege. ſanus eris.

¶ TRACTATVS DE MORBO GALLICO EDITVS PER EGREGIVM ARTIVM ET MEDICINAE DOCTOREM IACOBVM CATANEVM DE LACVMARCINO GENV/ ENSEM INCIPIT.

¶ De origine, & nomine morbi Gallici. Capitulum Primum.



VM IN OMNI SCIENTIA de ſubiecto quid eſt, & quia eſt præcognoſcendum ſit, poſteriorũ primo, Inanis profecto rudiſque ſermo noſter haberetur, niſi quid nomine morbi Gallici ſignifice/tur, ipſumq́ morbum Gallicum ens eſſe poſſibile in natura prænarremus. Qui anno Virginei partus Milleſimo Qua/dringenteſimo nonageſimo Quarto, in/uadẽte Carolo octauo Francorum Rege regnũ Parthenopeum, Alexandro Vero Sexto ea tempeſtate ſummum pontificatum gerente exortus eſt in Italia monſtroſus morbus, nullis ante ſæculis uiſus, totoq́ in orbe terrarum incognitus, fæditate magna innumeris pu/ſtulis, ulceribusq́ per totam faciem, uniuerſumque corpus, mulieres, uiroſq́ deturpans, magna etiam ſæuitia dolorum, noctu praeſertim humanum genus affligens, laceransq́ nodoſitatibus inſtar lapidum, per membra, & iuncturas exortis, plerosq́ debiles, & mancos effecit, & taliter in huma/num genus craſſatus eſt, ut quodcũq́ genus mortis potius eligendum ſit, contagioſus quidem, nec ſexui, nec ætati, regioniue parcens, Quin per uniuerſum orbem morbus hic hiiſce temporibus irrepſerit, principes, no/biles, ac plebeios pariter inuadens. Quidam pudendegram uocauit, quia a pudendis membris incipit per coitum cum fæmella infecta. Galli uocauere morbum Neapolitanum, quaſi morbum peculiarem illi prouinciæ. Quod falſum eſt. Itali uero morbũ Gallicum uocauere, Quia exiſtẽtibus Gallis

in Italia, morbus hic natus est, cum prius non adesset. Id etiam forsan pri/ores enunciauerunt, arbitrātes morbum hunc Galliæ peculiarem, huius insuper, & carbunculi parem originem, ea persuasi auctoritate Pliniana uigesimi sexti naturalis historiæ capite primo. L. Paulo. Q. Martio censoribus primum in Italiam carbunculum uenisse, annalibus cōscriptum est, peculiare Narbonensis prouinciæ malum, Quo duo cōsulares obiere, nec id credimus, sed nouum morbum affirmamus. Quo Iupiter ipse, Turbatus meritas in nos exercuit iras. Et hæc de origine, & nomine huius morbi dicta sufficiant.

De morbi Gallici definitione. Cap. ii.

MORBVS Gallicus est passio oriens ab uniuersali infectione in massa sanguinea a uiro menstruali de pendente, adquam essen/tialiter duo accidentia subsequuntur, cutis uidelicet defœdatio, & dolores per uniuersum corpus. Morbus insuper insolitus, communis utriq; sexui, omni ætati, mūdumq; omnem peruadens. & hæc uera existit definitio, quia conuertitur cum definito, & facit diferre definitum a quocunq; alio. Cum autē dicitur, est passio nascens ab uniuersali infectione massa sanguinea. hoc totum ponitur ut genus. Omnis enim morbus Gallicus est passio exoriens ab infectione uniuersali in massa sanguinea, [illegible] e contra. Animaduerte haud ab re infectionem dixisse, & si dictio [illegible] in definitione se habeat ut genus, uim etiam possidet differentiæ. Quandoquidem per eam differt a lepra, cum qua quandam superficialem habet similitudinē, quæ est uniuersalis in massa sanguinea corruptio. Crruptionem uero uocamus, cum sanguis ad hoc deuenerit, ut non possit digeri, & ad suam naturam reuerti. uerba sunt Galeni in fine commenti illius aphorismi secundæ part. ubicunq; cibus præter naturam intrat & .c. Sanguis enim in hoc morbo extra naturam mutatus digeri potest, et ad suam naturam reuerti ut ipsa experientia docet. Recte ergo uocabitur infectio, & non corruptio. Cum autē dicitur a uiro menstruali dependente, causa eius generationis explicatur, de qua capite immediate sequenti plene agemus. Nec præter rationem etiam dicitur, adquam duo essentialiter subsequuntur accidentia & .c. Ad differentiam scabiei, saphati serpigin & .c. Qui morbi ex infectione in sanguine exoriuntur, non tamen ipsos dolores essentialiter comitantur, ut ab hoc morbo affectis omnibus euenit. Dicitur etiam morbus insuetus, ad differentiam morbi epidimialis. Qui, ut colligi potest a Ioanne Alexandrino super epidemias Hippocratis. sic potest describi. Morbus epidemialis est morbus communis superueniens, et consuetus ambulans per mundum. Hic autem morbus non est consuetus, ut

patet. Ex Quo infertur illum erraſſe, qui hunc morbum epidemialem uocauit. Cœteræ particulæ per ſe patent. & hæc in preſenti de definitione huius morbi, et eiuſdē definitionis explanatione dicta ſufficiant. plenioreē tamen eiuſdem definitionis explanationem inferius, Deo dante, accipies.

De cauſis morbi Gallici. Cap. iii.

CAVSAE morbi Gallici aliæ ſuperiores, & incorporeæ. Incorporeas autē uoco, quæ per influxum, & non per contactū in hæc inferiora agunt. Aliæ ſunt inferiores, & corporeæ, quæ per contactum in humana corpa agunt, ea inficiēdo, eaſq; inferius ſigillatim enarrabimus. Cum enim, ut dictum eſt, hic morbus communis ſit, totum mundum perambulans, neceſſario debemus aſſerere eius cauſam eſſe uniuerſaliſſimam, quam, niſi cœleſtem influxum appellare non conuenit. Dico autem uniuerſaliſſimam, Quia omnibus mundi climatibus influxus iſte ex ſiniſtris ſtellarum aſpectibus, & figuris cœli maliuolis, plusq̃ dimidium mortalium, hoc nouo morbo correptos uexauit, lacerauit, mūdumq; perterruit. & huic cauſae uniuerſaliſſimæ omnes mortales æque ſubiacent, licet ſecundum influxum proprium, & particularē, qui ſumitur ab ortu cuiuſq; indiuidui ſecundum aſcendens, ꝓprium ex ſitibus, & aſpectibus ſeptem errantium ſtellarum &c. a Quo complexiones, & mores uim non mediocrem accipiūt, ut hic magis ille minus huic morbo obnoxius eſſe dicatur, uir tamen ſapiens aſtris dominabitur. Licet enim aſtra nos fortiter inclinent ad bonum, & ad malum, nō tamen cogunt, libero enim arbitrio poſſumus nos indifferenter ad omnia conuertere, Quapropter a ſummo Deo morbum hunc ad mortales ob ſcelera eorum demiſſum credimus, ut eos puniat, qui adulteria, & uetitos a lege concubitus aſſidue paſſimq; ſequuntur, & more belluarū uiuunt, &, ut ait propheta, Qui facti ſunt ſicut equus, & mulus in quibus non eſt intellectus. Hæc opinio cum fidelis, & catholica ſit, dictis etiam gentilium corroboratur, ut habetur a poeta lyrico in carminibus. Neque, per noſtrum patimur ſcelus. Iracunda Iouem ponere fulmina. Nec id tantū æuo noſtro accidit, ſed, & priſcis temporibus, ut in bello peloponenſi Tucidides ſcribit Quoddam genus peſtilentiæ inſuetum & atrociſſimū, primum Ethiopiam, quae eſt ſupra Aegyptum, deinde ægyptum Libyamque, mox Athenas inuaſit. Idipſumq; bellum comitante peſtilentia Athenienſibus ab oraculo hoc prænunciatum fuerat carmine. Doriacum ueniet Limo comitante duellum. Cuius peſtilētiæ meminit Galenus, 3. De Morbo. cap. 3. Tiberii etiam Cæſaris principatu Quoddam genus mali incidiſſe, Colum appellatū, primumq; ipſum imperatorē inuaſiſſe. Ex Plinii xxvi. naturalis hiſtoriæ cap. primo conſtat

ita dicentis. Quid hoc esse dicemus? aut quas Deorum iras? Parum enim erant homini cœtera morborũ genera, cum supra trecentum essent, nisi noua timerentur. Has autem causas cælestes longinquas, & ex parte ipsarum necessarias tamq̃ medicum latentes, & operibus artis non subiacentes per particulares situs, & aspectus assignare congruum nõ duximus. Nobis autem in præsentiarum cum medicum agamus tantũ, causas, proximas, & inferiores, respectuq; causarum cœlestium agentium passiuas, respectu tamẽ generis humani actiuas, a Quibus immediate morbus hic dependet, sigillatim narrare sufficiat. & dicamus quod sicut dictum est, talis morbus cõtagiosus est, &, ut plurimum per coitum cum infecta, uel cũ infecto contrahitur. Virile membrum, uel uulua primo inficitur ex contactu ulceris, in eisdẽ membris existẽtis. & hæc est prima causa, uel ex mala qualitate ulceratiua in uula existente sine ulcere, & erit secũda causa. Vel aspermate fæmellæ, Quod dicit̃ gutta, quod a uenis totius corporis deciditur, si membrum uirile contingat ipsum inficere poterit. Quod in pluribus experti fuimus. Ac uice uersa pluries uidimus uiros, secundum membrum uirile sanos, & partes cutaneas totius corporis mundas, sanguinem tamen ad hunc morbum mala qualitate dispositiua propensum habentes, cum sana coeuntes illam inficere. & id non euenit, nisi ex cõtactu seminis, mala qualitate ulceratiua infecti. & hæc erit. 3. causa. Latet enim quandoq; uenenum in sanguine, uelut fermentum quoddam. Quarta causa poterit esse coitus cum sana, cum qua de proximo coiuerit infectus semine, adhuc in matrice existente. Quinta causa est longa mora, et assidua dormitio cum infecta, uel cum infecto sine coitu. Vidimus enim q̃plurimas genitrices, filios suos tali morbo infectos, tractantes, & eis ministrantes, post aliquod tempus, infectionem hausisse. Hoc etiam modo uidimus plures infantulos lactentes, tali morbo infectos, plures nutrices infecisse. Sexta causa poterit esse, & de facto fuit potus lactis mala qualitate infecti, dato quod nulla cutanea infectio appareat. Sicut dictum est in. 3. cap. Lac enim cum ex sanguine generetur, malam sapit qualitatem in sanguine præexistentem. Quapropter consulo ne infantuli præbeantur nutricibus, talem morbum perpessis, nisi optime curatæ fuerint, &, si possibile est, omnino uitentur. Morbus enim est ad recidendũ aptissimus. Hæ causæ fortiores, & debiliores erunt, secũdum uariam dispositionem indiuiduorum. Actus enim actiuorum non fiunt, nisi in patiẽte disposito. Vidi enim complures, concubitus immundarum non recusantes, & in sordes uenereas se se præcipitantes, qui tamen nullam inde infectionem hauserũt. Accidit enim in hoc morbo sicut in epidemia, fortusse corpora sana, & munda nõ patiun/

tur ab eis, ut dicit Princeps. Tutius tamen est abstinere, & cauere. Quia scriptū est. Nō tentabis dominū Deū tuū. Et, ut dicit poeta lyricus. Raro antecedēte scelestū, deseruit pede pœna claudo. Dicam⁹ igitur de prima causa, quæ principalis est, & potissima causa generationis talis morbi & est, cū ex concubitu cum infecta, membrū uirile primo inficit̄, ulceraturq; a uiro quodam menstruali ex matrice fœminæ ipsi membro uirili infuso. Quod quidem uirus paulatim inficiendo corporis membra corripit, & ad uenas usq; perueniens, sanguinē cū quo similitudinē habet, totamq; massam humoralē tali Viro mēstruali subiectā, in sui similitudinē, naturamq; melācholicā conuertit, eparq;, & cerebrū lædēs, suaq; ui superiora petens in palato desinit, rheumatismos generāt, neruos, & iuncturas lædit, uiq; sua perniciosa sic agit, & quæ petit membra grauiter offendit. Sicut enim cernimus quod ex ueneno corpori humano infuso ex morsibus diuersorū animaliū, aut ex potu diuersorū uenenorū diuersa in corpore humano mēbra læduntr, & uaria inde insequunt̄ accidētia, secūdum uarias proprietates uenenorū ad membra corpis humani. Sic ex isto ueneno, tali modo corpori humano infuso, membra prædicta leduntr, & masa sanguinea inficit̄. Propterea dictum est in definitione ad quā duo essentialiter consequunt̄ accidētia &.c. Ex quo infert̄ hūc morbum esse unum, & nō plures, ut nōnulli credidere, cū unam habeat causam inferiorē, ab influxu cœlesti hisce temporibus sic affectam. Membra enim sanguinē eo modo infectum pro suo alimento deputatū, cum ad ipsa nutrienda uenerit, illū spernunt, & ad cutē tamq̄ ad emū ctorium totius corporis a natura expellit̄. Vnde primū gignitur accidens, cutis uidelicet defædatio. & hinc est quod exoriunt̄ pustulæ, saphati, & cutis asperitates, defædationesq;, secundū ubertatē humoris in sanguine peccantis, & numerum mortalium. & tales pustulæ, defædationesque, præsertim in facie apparēt. Quos malos affectus ægritudines in forma appellari cōuenit. 3. Technes, & primo de acci. & morbo cap. 7. & coliget. 7. capite penultimo. Vnde tales homines fœdi, & turpes appellari mærent̄, & nō deformes, ut paulo inferius declarabimus. A uenis etiā ad iuncturas, tamq̄ ad propria emunctoria, uarii cōfluunt humores, hinq; secundū efficit̄ accidens dolores uidelicet in uniuerso corpore. Sanguis itidē melāncholicus, qui in talia patiētib⁹ abūdans est, ad nutriendum ossa chartilagines, neruos, panniculosque deputatus est. Ex puriori uero sanguine, & tēperatiori nutriunt̄ carnes, & membra principalia, & organa sensuum. ex crassiori autē ossa, &.c. Cum itaq; ad hæc nutriēda uenerit, ab ipsis repellit̄ ob eius superfluā q̄titatē, & tanq̄ ipsis inimicus sua mala qualitate uenenosa, necnō crassitudine sua imodica impediēte transitū

in porositates prædictorũ membrorũ, ut in eisdẽ iterum concoquatur, & multis conuersionibus in similitudinem eorum conuertat᷑. Et cũ hæc mẽbra exanguia, & debilia existãt, propriaque emũctoria nõ habeãt, Seqtur quod talis humor ipsis membris adhæret, infigitq; dolores uarios cõcitans secundũ maiorẽ uel minorẽ ipsius homotogeneitatẽ, uel heterogeneitatẽ, & secundũ ipsius uiri mẽstrualis inficientis diuersam specificationẽ Quotidiano ẽt defluxu nõ cessante actione ipsius uiri menstrualis in ipsa membra principalia, & massam sanguineam augumentum & desiccationẽ suscipit, & fiunt nodositates instar lapidũ. Adiuuat ẽt ad hoc rheumatismus ex multitudine uapor͛ ascendentium, proueniens & ex debilitate cerebri ipsos uapores digerer͛, & cõsumere non ualentis. De morbi huius causa hæc dicta sufficerẽt, hicq; huic capitulo finem imponeremus, nisi esset qđ superius diximus, Quod in hoc morbo ĩ corpore toto, & præsertim in facie exoriuntur pustulæ, saphati, impetigines, &.c. Qui mali affectus morbi in forma appellant᷑. Talia tamen patientes fœdi, turpesq; appellari mœrentur, & non deformes. Quod patere potest. Nam de his malis affectibus Auicẽna.7ᵃ,4ⁱ .tractatu de decoratione tractat. Nec Galenus cum de his agit morbis talia patientes, deformes appellat. Cõfirmata uero elephantiosi laborantes cõsueuit Galenus deformes uocare. Deformitas em̃ apud Galenũ priuationẽ formæ dicit naturalis, & impossibilitatẽ redit⁹ ad eandẽ uia medicinæ. A priuatione em̃ ad habitũ impossibilis est regressus. Deformitas ẽt, & corruptio formæ idẽ importãt. Quod enĩ corruptũ est, impossibile ẽ redire idẽ nũro. 2°. đ gñatiõe, & corruptiõe. Quod apparet, quia exsiccant᷑, & corrũpunt᷑ musculi, & membra spermatica, quorũ restauratio est impossibilis & ꝑpterea patet Sebastianum Aquilanũ errassæ qui hũc morbũ elephãtiosĩ credidit, & elephantiosim nõ esse eũ morbum speciæ quẽ Arabes lepram uocãt. Primũ eius dictum probare intẽdẽs, potissimum a deformitate argumẽtationẽ sumit. Alterũ duabus conat᷑ probare rationibus, quæ tales sunt. Iste enĩ cõtra Paulũ Aegenitã qui tenet, ut uerum est, quod elephãtiosis sit is morbus, quem Arabes lepram uocãt. Probare uult p dicta eius, & Galeni, elephãtiosim apud eũ esse lõge diuersum morbũ ab eo, quẽ Galenus elephãtiosim appellat, & argumentat᷑ sic. Elephas post principiũ secũdum Paulũ non recipit curationẽ, sed elephas post principium secundũ Galenũ recipit curationẽ, igit᷑ elephas secundum Paulum nõ est elephas, secũdum Galenũ, maior huius rationis affirmatur a Paulo, minorẽ ꝓbat auctoritate Galeni, xi°. De simplici medicina, cap°. de carne. ubi Galenus ponit plures casuales experientias de elephantiacis. Iterum intendẽs ꝓbare qđ elephãtiosis nõ sit lepra, argumẽtat᷑ sic. Ille

morbus, a quo cũ curat aliqs, currit ĩ aliũ, nõ debet denominari morbus ille in quẽ trãsiit, sed Galen⁹ ex elephãtiaco, fecerat leꝑsum, ut patet loco præallegato, ergo elephãtiosis, non est lepra. Ad primũ. iste enĩ falsa recipit, ut patet. Nõ enim patiẽtes morbũ Gallicũ, deformes sunt, nec horribiles ad uidendũ, nec cutis eoꝝ similitudinẽ habet pellis elephãtinæ, immo in quibusdã patiẽtib⁹ hũc morbũ, nulla sensibilis apparet ĩforma alteratio, ut ĩ. 3ᵃ. patuit causa. Vir quidẽ iste nec uiuũ, nec pictũ ostẽdit se elephantẽ uidisse. Hæc aũt habitudo fœda ĩ ipso morbo Gallico eueniẽs, quã iste deformitatẽ appellat, euenit ĩ ipso morbi Gallici initio magis, quã in ꝓcessu, in elephãtico uero morbo in ꝓcessu, & nõ ĩ initio deformitas appet, ut uir iste, & cœteri medicinæ auctores affirmãt. & rei ueritas est. Et, ut effect⁹ in suas reducamus cãs, hoc cõtingit ꝑpter malã cõplexionẽ calidã, & siccã ualde, & præsertim epatis in malos cibos agentẽ, quo fit, ut digestiua nõ bene cõcoquat, unde incremẽtũ humoris melãcholici adusti ĩ toto cõsequit᷑ corpore, errorq; ĩmutatiue sequit᷑ uirtutis, unde lepra gñrat᷑, quã deformitas; ut accidẽs propriũ comitat᷑, & ideo in ꝓcessu tumores in uniuerso corpore, caro, pellisq; elephãtina apparẽt, & aures attenuant᷑, nares dilatant᷑, labia cõtrahunt᷑, & ueluti ridẽtes, dẽtes ostẽdunt. & fit quasi ut in cadaueribus ex lõgo tp̃e exsiccatis ꝑ extractionẽ caloris naturalis, & humiditatis, & tãdẽ extrema corrũpunt᷑, & cadunt, fætẽtq;. Nihil horũ in patiẽtibus morbũ Gallicũ apparet. Et ideo Galenus. 2°. artis curatiue ad Glauconẽ, post q̃ curationẽ elephãtiæ ꝑ euacuãtia, & phlebotomiã, & echidnaꝝ esum posuit, Dixit. & hæc omnia dixi in principio hiis cãis utiliter facies, inueteratas aũt & irradicatas reprimere magis q̃ sanare poteris. & Paul⁹ ad id alludẽs. dixit. Oportet uirtutẽ remedioꝝ maiorẽ esse ipsis ægritudinibus. Idcirco curari nõ posse elephãtiosim, cũ nullũ medicamentum ea ualidius inueniat᷑. Subdit tñ quod existẽte morbo in principio ita qđ neq; superficies exulcerata sit, neque tumores multum eleuati, neq; etiam aliquod extremum exciderit, sed turpior quodã modo solũ facies sit, curare conabimur. Ecce quod alteratio faciei, Quæ in principio lepræ, siue elephãtis apparet, nõ corruptio formæ, nõ deformitas uocat᷑, sed turpis dispositio, & haec curari p̃t, summa tñ cũ medici diligẽtia, & labore nõ paruo. In ꝓcessu aũt ad eã dispositionẽ deducto morbo, ita, ut sup̃ficies exulcerata sit, & extrema exciderit, quã dispositionẽ Arabes corruptionẽ formæ uocãt, Galen⁹ uero deformitatẽ, ĩposibilis tũc est sanatio. Iste aũt nõ admittit seriẽ text⁹, Vz, & hæc oĩa dixi in pricipio, ĩueteratas aũt, & c. Quia ꝓ ipso nõ facit more causidicoꝝ. & dicit qđ ĩ exẽplaribus Græcis nõ inuenit᷑. Cur magis codices illi falsi quã istis? credẽdũ ẽ, Qđ ĩterpres pluraꝫ tũc habuerit exẽplaria for-

taſſis dicet. Tranſlatio eſt ex Arabico in Latinum, quæ falſa eſt, & corru/
pta. O maxima inſania. Credendum eſt Raſim, Auicennam, Aliabatem,
Auenzoar, Aueroym Galeni opera habuiſſe corrupta, & nõ cognouiſſe.
Tanti. N. fuere in medicina uiri iſti, Vt ſi illa quæ poſt diuinum Hippocra
tem uolumina a Galeno in medicina optime compoſita ſunt, non inueniſ/
ſent, quisq; eorum talia effingere ualuiſſet, Qd ſi hæc propria adiunxe/
rint ſententia ut reſpondere poſſet. Nos potius illis quiete aſſentiri uolu/
mus præſertim cum Galeno non contradicant, Fidelis. N. extat gloſſa, q̃
ſermonum Galeni iſtius calumniam comprobare. & Quia dictum eſt mor
bum Gallicum ortum habere a ſanguine menſtruo, cuius complexio, &
ſi frigida, & ſicca ſit, multam tamen ſuperfluã humiditatẽ indigeſtam con
tinet, quæ aduſtioni obſiſtit, non permittens hos languentes ad tantã ſic/
citatẽ deuenire, q̃tam in elephãtioſi cernimus, per Quã ſuperfluã humidi/
tatẽ ſumme epar læditur, & malo diſponit' affectu, quo hydrops gigni ſo/
let, carnoſum quidẽ, & aquoſum hydropem dico, tranſitus tamen ex mor/
bo Gallico ad elephantioſim poſibilis eſt. Vidi. N. duos ex morbo Gallico
ad elephantẽ tranſiuiſſe. Nec tantum morbus Gallicus, & elephas ſecun/
dum magis, & minus differunt, uerum etiam ſpecie, Qd clare patet ex di/
uerſitate operationum eorum morborum in corpore humano. Longe. N.
diuerſa operatur accidentia elephas ab eis accidẽtibus quæ morbus Galli
cus operatur, ut manifeſtũ eſt. Iam igit' exploratum haberi poteſt, hũc nõ
tantũ falſa recipere, aſſerendo morbum Gallicum eſſe elephantioſim, ue/
rum etiam falſa recipere, dum fatetur elephantioſim apud Galenum, &
Græcos, nõ eſſe eum morbum ſpecie, quẽ Arabes leprã uocant. Licet. N.
quiditates, ſiue eſſentiæ rerũ inter ſe ſint differentes, non expedit tamẽ in
cognitionẽ differentiæ ipſaꝝ deuenire, niſi p operationes proprias ipſarũ,
& accidẽtia quædã ꝓpria. Vnde philoſophus, & Commẽtator ſuper prooe
miũ de anima dicunt Qd accidentia propria magnã partem conferunt ad
cognoſcendũ quodquid eſt. Sic igitur formet' ratio, operatiões morbi apud
Galenũ, & Græcos elephantioſis dicti, & operatiões morbi apud Arabes
leprã dicti eædẽ ſunt, & non diuerſæ Ergo elephantioſis apud Galenũ, &
Græcos, & lepra apud Arabes idẽ morbus ſpecie ſunt, & nõ diuerſi. Con
ſequẽtia patet. Quia ſecundum unitatẽ, uel diuerſitatẽ operationũ habe
mus arguere unitatẽ, uel diuerſitatẽ ſpeciei, a Qua tales depẽdẽt operatio
nes, & nõ ſecundũ Vnitatẽ, uel diuerſitatẽ nominũ. Maior iductiue patet
p ſingulas opatiões eoꝝ morboꝝ in corpore humauo, Hæ aũt opationes,
ut morbos cõſequẽtes, accidẽtia uocant', Quorũ cauſa morb9 ipſe exiſtit,
& ſignificationes dicunt' reſpectu cõſideratiõis medici, eſſentiã morbi in/

quirētis.& ideo Galenus iterio℞ Quinto capite.7°.monet nos ut studeamus in cognoscendis propriis accidentibus cuiusq; morbi, & in eis, quæ aliis communia sunt passionibus, qđ cum fecerimus facultatē uerum iudicandi nobis pollicet̃.Hanc si iste in inquirēda morbo℞ essentia, Galeni ab Aristotele traditam sectatus fuisset uiā, talia nō scripsisset.& si iste, compluresq; huius nostræ aetatis medicinæ doctores Arabes, & ignorantes, & negligentes faciāt, post tamē Hippocratē, & Galenum, hos præcipuos auctores habeo.&, ut illo utar Terentiano dicto, Quorum æmulari exopto negligentiam, potius quam istorum obscuram diligentiam. Reliquum est, eius respondere argumentationibus. Ad primam respondetur, negādo minorem. Ad probationē dicit̃, illa secuta fuisse per accidens. & nō per se. Maior.N.illa, elephas secundum Paulum extra principium non recipit curationē, intelligit̃ per se, & nō per accidēs.& ideo Auicenna.3ª.4ᶠ. dicit sicut ille, qui accidentaliter sanatus est, &.c. Ignorat quidem iste in medicina monstra euenire, quemadmodū & in natura.7°.coliget cap.31°. & si illa, quæ meminit Galenus exempla.xi°.de simplici medicina cap°.de carne, coeteriq; medicinæ autores similia meminere, secuta sunt, eadē nō euenere, ut in pluribus, & frequenter, sed raro, & ut monstra. Finis. N. medicinæ habendus est secundum plus, & secundum plura indiuidua, & plura tempora. Aueroys eodē loco Et ideo Galenus tanq̃ memorāda suis inseruit codicibus, cœteriq; itidem fecere. Deus etiā ipse omnipotēs, & bonorum omnium largitor talia nonnunq̃ concedit, bonis, & rectis corde, in mercedē, prauis, in confusionem. Sed hoc non uidet̃ uerum, Quia ista est propositio in.4°.modo dicendi per se, qui proprie dicit̃ modus causandi. Elephantiacus potatus uiperato uino, ab elephantiosi curatus est. Subiectum.N.est causa, quare prædicatum sibi inest.& talis est.4ᶠ.mod⁹ dicēdi per se, posteriorum primo. Nisi esset, quod ad hoc, quod aliqua propositio sit per se, requiruntur plures conditiones, prima quod propositio sit directa, 2ª.qđ habeat de significatione terminorum, quod nō possit esse falsa.3°.quod sic se habeat, quod qualitercūq; per suū cōtradictorium significat̃, imposibile est ita esse. Ad propositū dico, quod deficiunt omnes istæ conditiones. Deficit.N.prima, qa illa facit primū modū dicendi per se. Deficit ēt 2ª.non.N.habet ex significatione terminorū, quod non possit esse falsa, immo de facto est falsa. Quia elephantiacus potatus uino uiperato ab elephantiosi nō fuit curatus. Deficit ēt.3ª.nō enim quod significat̃ per suū cōtradictoriū, impossibile est ita esse, & si aliqui curent̃, hoc est de raro contingentibus. Finis.N.medicinæ hńdus est secundū plus, & secundū plura indiuidua, & plura tēpora, ut dictū est. Pro responsione ad aliā eius

argumentationem. Aduertendũ eſt, Quod Sebaſtianus Aquilanus in tractatu ſuo, quem fecit de morbo Gallico, poſuit definitiõem lepræ, quam dicit eſſe Galeni in libro definitionum, qui liber Galeni definitionũ ad manus noſtras nondum peruenit, quæ talis eſt. Lepra eſt mutatio cutis ad id, quod eſt præter naturam, cum aſperitatibus, & pruritibus, & doloribus, & ſquammas abiicit, interdum qdem non, ſed interdum plures partes corporis depaſcitur. Hanc lepræ definitionem ſecundũ omnes eius partes declarare, negocio noſtro non alienum eſt. Cum. N. bona definitio eſſentiam exprimat definiti, eaq; ex genere, & differentia cõſtet propria, cum dicitur. Lepra eſt mutatio cutis ad id, quod eſt præter naturã. hoc totum ſe habet, ut genus. Omnis. N. lepra eſt mutatio cutis ad id, qđ eſt præter naturã. & non cõuertitur Nam in ictericia eſt mutatio cutis ad id, Quod eſt ꝑter naturã & tamẽ ictericia non eſt lepra. Cum autẽ dicitur, cum aſperitatibus, & pruritibus, & doloribus, & ſquammas abiicit, differt ab ictericia, morphea alba, & nigra. Vſque adeo tamẽ hæc definitio communis eſt lepræ, & licheni. & propterea animaduertendum circa hanc particulã, & ſquammas abiicit. Quod lepra ex ui nominis aſperitatẽ dicit: & ſquammas. Vnde hæc lepis lepidos, & ſquamma ſquammæ idem important. Tamen quia bona definitio, non tantum nomina, ſed eſſentiã exprimit. hanc ſquammarum abiectionem lepram non neceſſario comitari Galenus affirmat. ideo dixit interdum Quidem non, ſcilicet ſquammas abiicit. & ſubiunxit. Sed interdum plures partes corporis depaſcitur, id eſt, nõ tantũ cutem, uerum etiam carnes, &.c. Animaduertendũ eſt etiam circa iſtã ꝑtem, quod depaſcere proprie eſt comedẽdo cõſumere. inde ager depaſtus. i. comedẽdo cõſumptus. Lepra igiť Qñq; unam partẽ corpis puta cutẽ ipſam depaſciť, i. comedẽdo, uel corrodendo cõſumit. Exulcerať igiť, & corrodiť cutis, Qñq; uero plures partes corporis depaſciť. i. non tantũ cutem, uerũ etiã & carnes, & oſſa depaſciť. Exulceranť ideo & carnes, & oſſa corrũpuntur, & corruunt. & per hanc particulã differt a lichene qui carnes non depaſciť. Lepra igiť genus eſt ad omnes morbos cutem tantum ad aſperitatẽ cũ pruritibus, & doloribus immutãtes, ẽt ſi tales morbi ſint cũ abiectione ſquammaꝝ, uel ſine abiectione ſquãmaꝝ. Lepra ẽt gen' eſt ad omnes morbos, qui non tantũ cutẽ aſperã reddunt cũ pruritibus, &.c. uerũ ẽt ad illos, qui & cutẽ ipſam, & carnes depaſcunť, oſſaq; uitiant, etiam ſi tales morbi ſint cũ reſolutione ſquammaꝝ, uel ſine reſolutione ſquammarũ. Quapropter ſciẽdũ eſt, qđ, ut allegatũ reperio a Sebaſtiano Aqlano, & a Nicolao Leoniceno in libris ſuis de morbo Gallico, q Galenũ allegãtes in libro definitionũ, tres definitiones a Galeno eo libro datas cõmemorãt. Liber. N.

ille ad manus nras, ut dixi, hactenus non peruenit. Primo Galenus lichenis ponit definitionem, quæ talis est. Lichen est asperitas cutis cum magno pruritu. Secundo lepræ ponit definitionē, quam supra ad uerbum posuimus. 3°. definitionem ponit elephātis, quæ talis est. Elephas est passio crassa, & inæqualis. Ex hiis definitionibus, ut compræhēdere possum, Galenus ipse eo libro essentiā morborum a materia melancholica exoriētium, per quos cutis ipsa præter naturaliter ad asperitatē alterat̄, cū doloribus, &.c. Pertractās. hos morbos generali nomine leprā uocauit. Cuius definitionem posuit, ut supra diximus, Quod quidē genus in duas uoluit diuidi speties, hoc modo, Lepra aut fit in cute tantū, & hāc leprae speciē lichenem uocauit, qui tantū cutē afficit, ut eius exprimit definitio, aut fit in carne, & uenis, & hanc lepræ speciē elephantiosim nominauit, cuius 3°. ponit definitionē, lepram uero in medio posuit, ut genus, quemadmodū fit in linea prædicamentali. Substantia, alia corporea, alia incorporea. Lepra alia in cute tantū, alia in carne & uenis. Lichen ergo, ut a Galeno eo libro definit̄, non tantū definit̄, ut impetigo est, contra Nicolaū Leonicenum, sed ut est morb⁹ cōmunis ad omnes malos affectus, qui tantum cutem afficiunt, eam asperā reddentes, siue sint cū exquammatione, siue non. & omnes tales morbi nō differunt specie, sed tantū secundum magis, & minus. Dum. N. materia non tantū adusta est, non abiicit cortices, cum uero adustione magis participat, cortices, & squammas abiicit, & propterea admirationem deponat Nicolaus Leonicenus, si Doctores medicinæ etiam celeberrimi, mutatis remediis a capitulo in capitulum horum morborū curationes perficiunt. Eadem. N. est materia tantū secundum magis & minus differens, in eodem tñ gradu persistens. Cū uero materia superassat̄, crassior, & prauior effecta, gradum superat, tunc cutem, & carnes depascitur, & lepram in carne generat, a morbis prædictis specie distinctam, comitantibus propriis accidētibus, quæ supra enarrauimus. hanc Galenus elephātiosim uocat, quam ortū habere a sanguine dicit melancholico. Cum. N. uidemus hos prædictos morbos, iam lepræ principium, siue elephantiosis adest, suspicariq; debemus de eius complemento, & praesertim cum mala complexio calida ualde in ægrotante affuerit. Cum uero materia retorrida sit, & in nigram uersa est choleram, iam confirmatam conspicis elephantiosim, accidentibus propriis clare comitantibus. Quantum enim materia super assatur, tanto species ipsa generatur, & accidentia speciem consequentia, quae in principiis debiliter apparebant, in fine ab omnibus clarissima iudicantur. & ideo Galenus libro de tumoribus præter naturam, postquam scabiem, & lepram dixit fieri ab humore melan-

cholico, capite immediate sequenti de elephantiosi egit, quasi hi mor/bi elephantiosis principium sint. dicit. N. Melancholica uero passio est, & elephas, propriam quidem generationem ex sanguine habens melancho/lico, in tempore uero fit nigra colera, dum .s. fœtidi sunt, & horribiles ad uidendum. Nicolaus Leonicenus in libro suo, quem composuit de mor/bo Gallico, dixit, Quid nomine lepræ apud Arabes significetur, nemo nisi hebes, & omnino obtusus ignorat, Quid uero apud Græcos, & Lati/nos, ueteres Graecos imitantes, multi etiā nesciunt eruditi. Is cū Græcā, & Latinam calleat linguam, hoc tamen lepræ significatum tacuit, quod nos superius diximus. Dixit etiam iste, elephātiosim idem esse quod lepra, de Qua agit Auicenna, Quod concedimus, idq; aduersus Sebastianum Aquilanū probare intēdimus. Hanc tamen .s. leprā de Qua agit Auicēna, diuersam ab eo morbo, Quē Galenus lepram noīat, affirmat, hunc errare ex hiis quæ diximus, patere potest. Nam secundū eū, lepra, de Qua agit Auicenna, & elephantiosis idē sunt. Sed lepra pro ut accipit̃ a Galeno, & ab eo definit̃, est genus ad elephantiosim, ergo est etiam genus ad leprā de qua agit Auicenna, patet. Quia lepra, de qua agit Auicenna, & elephātiosis idē sunt. Vlteri⁹ sic. Lepra, de qua agit Galen⁹, est gen⁹ ad leprā, de qua agit Auicenna, ergo lepra de qua agit Auicenna, nō est diuersa a lepra, de qua agit Galenus, Patet cōsequentia, Quia genus, & sua species, idē sunt realiter. Species. N. actu cōtinet genus. Vñ ista est uera propositio. Omnis elephantiosis est lepra, & nō e cōuerso. Plura. N. cōtinet lepra, quam cō/tineat elephantiosis, potentia quidem dico, & nō actu. Conuenientias au/tem, & differentias generis, & speciei, si placet, in libro ꝑdicabiliū Porph. ꝑquirēdæ sunt. hunc ēt errare aperte cognoscitur dum dixit. Leprā passio/nem esse solius cutis & id ex definitione eius cōstare. Oppositum enim le/præ definitio notat, ut declaratum est. Quid igitur Galenus dicere uolue/rit asserendo lepram esse passionem solius cutis. Dicimus quod Galenus li/bro de tumoribus præter naturā dixit lepram fieri ab humore melancholi/co, & esse passionē solius cutis, subintelligendo si totus talis humor ad cu/tem pellit̃, id declarans, subiūxit, Quæ si in uenis & carne fiat, cancer no/minatur. Ecce quod Galenus non negat leprā in carne fieri, Sed dicit, Qđ dū fit in carne cancer uocat̃. Quoniā dum ī carne fit, tumorē præter natu/ram generās, apostematis nomē sortit̃, & Quia ē materia melācholica, cā/cer nominatur. Cancer. N. est apostema a materia genitum melancholica. Quod si talis materia ad particulare membrū pellatur, eū morbū generat, Quem cancrum dicimus, qui Quasi lepra particularis membri est. Si uero talis pellat̃ humor ad uniuersum corpus, cancrū uniuersalē gñrat, Quem

Galen⁹ elephantiosim uocat. Lepra tamē est secundū Galenū, ut ēt ex deffinitiōe ei⁹ patuit, & iterū inferi⁹ patebit, Quid refert, si leprā quā Galen⁹ in carne fieri dixit, ipse elephātiosim uocet, lepra est utcūq;. Leprā ēt Galenus passionē solius cutis esse dixit, Quia lepra ex ui uocabuli asperitatē, & duritiē dicit. Qđ & ratio ipsa demōstrat, cū ab humore fiat melancholico. Hāc autē aspitatē, & duritiē in carne fieri Galenus affirmat in. 6°. de morbo cap. p°. dū dicit Carnē durā, asperā, elephantinā, & leoninā, Et cū durum & asperū qualitates sint tangibiles, de qbus tactus ipē habet iudicare, & cū cutis ipsa imediate tactui occurrat, ideo talis malus affectus ꝓprie dr̄ passio cutis, & soli⁹ cutis, qa ex sola cute a tactu imediate cadēte sup ipsam talis passio iudicat' In elephātico. N. morbo, & si, ut apparet caro ipsa inæqualis, dura, asperaq; reddat', Quod Galenus ipse. 6°. de morbo capite primo testat', ut supra dictum est, Qđ etiam sensu uisus capere possumus, tamē cū qualitates sint tangibiles, perfectius tactu ipso iudicant', & Quia tactus immediate super carnē ipsam nō cadit, sed sup cutē, quæ carnis cooperimentū est, ideo ex cute ipsa duritiē, inæqualitatē, aspitatemq; in carne per existētes suscipiente, iudiciū sumimus, taliter ut talis mal⁹ affect⁹, solius cutis passio esse dicat'. Et ideo Gal. libro de colera nigra, elephātiosim morbū cutaneū uocauit, nō quod tantū cutis afficiatur, ut patet, sed a cute ipsa, Quæ cuti elephantiū similat', nominauit. Lepra igit' passio solius cutis a Galeno uocat', uel qa tantum in cute fit, subintelligendo, dum totus talis humor ad cutē pellitur, uel dum in carne fit ab ipā cute, Quae carnis cooperimentū est, immediate tactui occurrente, iudiciū sumit', & ab ea morbus denominat'. & ideo Galenus libro de tumorib⁹ ꝑter naturā. postq̄ dixit, leprā gigni ab humore melācholico, & esse passionē solius cutis, subiūxit, Quæ si ī uenis, & carne fiat, cācer nominat'. De Qua lepra ī carne, & uenis, Quā ipē elephātiosim uocat, a similitudine pellis elephātis, capite imediate sequēti agit, dū dicit. Melācholica uero passio est, & elephas ꝓpriā qdē generationē ex sanguine habēs melācholico, in tēpore uero fit nigra cholera. Ex uerbis. N. Galeni nō tantū cortices, sed nucleum, & succos haurire debemus. Iā tēpus adest, ut ad ipsum. Sebastianū reuertamur, Qui ex definitiōe lepræ, duas lepræ species elicit, primā, Quā solius cutis passionē esse dixit, alterā, Quā nō tantum cutē ledere, uerū etiā carnes depasci, & corporis ꝑticulas corrūpere affirmat & de hac. 2ª. specie lepræ dixit ēt ipe Sebastianus Auicennā. 3ª. 4ᵗ. tractasse Totū hoc cōcedamus, Quia secū hoc rimari intēdim⁹ negotiū. Ad argumētū, cōcedit' maior. Ad minorē dicit' Qđ certū est, Qđ elephātiacus curat⁹ nō fuit effectus leprosus, accipiendo lepram pro secunda specie, ut iste dicit, Quia talem lepræ

ſpeciem,in principio difficillimam curatu,extra principium, pēnitus in/ curabilem affirmat,elephantioſim uero inueteratam,facilem curatu di/ xit.Modo remouere unam ægritudinem,& inducere deteriorem,non eſt curare nec etiam ſequendo uiam rectam,& ueritatem.Dicendum eſt ele/ phantiacum illum curatum,effectum fuiſſe leproſum,accipiendo lepram pro ſecunda ſpecie,quia talis lepræ ſpecies,& elephantioſis idem morbus ſpecie ſunt,ut ſupra clare monſtratum eſt,& iterum monſtrabimus. Re/ linquit̃ ergo.Quod in primam lepræ ſpeciem mutatus ſit,Quæ eſt paſſio ſolius cutis.Materia.N.melancholica retorrida, Quæ carnes depaſceba/ tur,& oſſa uitiabat,per potũ uini uiperati,tota ad cutem euocat, & ſquā mis reſoluta,oſſa ſana,& carnes incolumes reliquit.& ſic paſio in lepram mutata eſt,i.in exquammationem.Quamquidem exquammationem uis ipſa nominis lepræ exprimit,ut patuit,& ſic,ut apparet,non procedit ar/ gumentum. Videamus modo an elephantioſis, & lepra pro ſecunda ſpe/ cie,idem morbus ſpecie ſint,& erit rationis ſupinductæ declaratio. Quæ/ ramus a Sebaſtiano Quid patiebat̃ ille elephantiacus, Qui curatus effe/ ctus eſt leproſus? Dicet forte morbum cutaneum. Nam Galenus pluri/ bus in locis elephantioſim morbum ſecundũ cutem poſuit,ad ſimilitudi/ nem pellis elephantis,aſperæ,& duræ.Hæc autem diſpoſitio,Quid aliud eſt,Quam lepra pro prima ſpecie?Nihil gº factum eſt.In elephantiaco.N. illo per potionem uini uiperati,leproſus erat,& leproſus remanſit. Relinq tur gº,Quod aliud patiebat̃.Quid gº patiebat̃?Reſpõdebit Sebaſtianꝰ, elephantioſim.Quid eſt elephantioſis?Eius definitionẽ ſuperius poſuimꝰ, & eſt.Elephas eſt paſſio craſſa,& inæqualis. Hanc definitionem rimari in pñti negotio expediens eſt.Quæramus a Sebaſtiano qđ per paſſionẽ craſ/ ſam Galenꝰ intelligat .Rñdebit.Elephas eſt paſſio craſa.i.materialis a ma teria craſa.Quæramꝰ a qua materia craſſa,a phlegmate ne uitreo,uel gy/ pſeo,uel huiuſmodi?Dicendũ,qđ non.A qua gºmateria craſſa?Melãcho/ lica dicendũ eſt.Nam Galenus libro de tumoribus ꝑter naturã dicit. Me/ lancholica uero paſſio eſt,& elephas,propriam quidẽ generationẽ ex ſan/ guine habẽs melancholico,in tẽpore uero fit nigra cholera.Craſſa etiam, Quia per hunc morbũ craſſeſcunt mẽbra,& facies inflat̃,nõ qdem æqua/ liter ſed inæqualit̃,Qđ eſt ꝓpriũ humoris melãcholici.Vnde cutis elephã/ tina aſpera,& dura,deformitas,& horribilitas ad uidendũ cauſatur.Ideo Galenꝰ inæqualis dixit.Quæ inæqualitas:& ſi huius morbi accidens ſit propriũ,eam tamẽ loco differẽtiæ poſuit proprie,nominiſqꝫ leprae propri um ſignificatum expreſſit . Celſus quoqꝫ dixit ſumma pars corporis cre bras maculas,crebroſqꝫ tumores habet. Quærendũ eſt modo in hoc ele/

phātiaco morbo, in Quibus corporis particulis talis cōtineat materia? nō in cute tātum, ut uisum est, in carne etiā dicendū est. Nam Galen⁹ loco allegato dixit, fiunt aūt, & secundum alias particulas carnium eminentiæ. Vlterius quærendum est an talis materia figat in carne ita, Quod cæteras corporis particulas nō ledat? Rñdendum, quod non, immo ad ossa penetrat, ea corrumpendo. Nā Galenus loco eodem tales in carne eminentias exossationes uocari dixit. Ideo Celsus dixit, totū corpus afficit ita, ut ossa quoq; uitiari dicant. Vlterius Quærēdū est, an elephātiosis in corpore humano aliud operet? Rñdendū, qd sic. Q d? exulceratiōes etiam efficit. Nā Gal. eodē loco dixit. Quibusdā. N. eorū, & ulcera adueniunt. & Auicenna dixit capite de lepra. Fortasse. N. ulceratur, & fortasse non ulceratur. Quærendū est, qualia elephātiosis ulcera operetur? Sebastianus Aquilanus rñdebit leuia, Quia Galenus facillime elephāticos fætentes, & iam deformes curabat. O Sebastiane tu dicis leuia? cholera nigra retorrida, lucida, sicut acetū pungitiua, Quæ terræ iniecta ebullit, sicut acetū, leuia infert ulcera? Talia. N. ulcera a cancro ulceroso nō differūt. Vt Galeni extat sententia. 4ª. aphorismoꝝ aphorismo. 24°. Et ideo ipse Galenus. 2°. artis curatiuæ ad Glauconē cap°. d curatiōe elephātiae dixit. Elephanticos aūt eodem m°, ut cācros curam⁹, quia, ut dixi, ex eadē causa humoris fiunt. Tales insuper carniū eminentias Galen⁹ exossatiōes uocat, quasi ossium detractiōes. O Sebastiane ista tibi leuia uident? Tu dicis elephātiosim inueteratā curatu facilē. Quid dicit Celsus, quem tibi in hac pte fauere dixisti? Is. N. post plurimorum maloꝝ accidentium, hunc morbum comitantium assignationem dixit, febricula oritur, Quæ facile tot malis obrutum hominem consumit, & hoc in fine euenit. Lepra. N. siue elephantiosis incipit ab interioribus, & manifestatur in exterioribus, in fine uero cedit ad interiora, tunc febricula oritur, & æger emorit. Dic mihi o Sebastiane is morbus elephanticus, cuius modo definitionem explanauimus, quid aliud est, quam secunda leprae species, Quam tu posuisti de sententia Galeni? Quā tu dicis in principio difficillimam curatu, post principium penitus incurabilem, de qua, ut dicis Auicenna. 3ª. 4ᶠ. tractat. Dic mihi apud te quid est carnes depasci, & corporis particulas excidi? carnium eminentiæ, exossationes, ulcerationes apud te idem nō sunt? Equidem apud recte sentientes idē sunt. idē sunt. g° ab una quidditate, siue essentia proueniūt, Quod fuit nostrū principale propositum. Nos igitur essentiā rerū scrutātes parū de nominib⁹ solicitamur, qb⁹ tātummō utimur, ut res notatas p illa ostēdam⁹. Sat igit sit demōstratū fuisse morbū Gallicū nō esse elephātiosim, & elephātiosim apud Gal, & Græcos, & lepram apud Arabes, essentialiter esse

eundem morbum, Quem Gal. ipse, nomina cõtemnens, modo elephantiosim, modo lepram appellat, elephantiosim a similitudine carnis pellisq; elephantinæ inæqualis, asperæ, & durae. & Quia in elephantico morbo cutis asperior, & durior est, Quam in cœteris passionibus, ut Galeni est sñia in libro definitionum, ut ipse dicit Sebastianus, Quod & sensu experimur & cum ex ui uocabuli, ut dictum est, lepra asperitatem, & inæqualitatem dicat, ideo elephantiosis non ab re a Galeno nonnunq̃ lepra uocitata est. & merito, cum omnes particulæ definitionis de lepra datæ a Galeno in libro definitionum elephantico morbo conueniant, ut patet. Et propterea Arabes, id malum, Quod Galenus elephantiosim uocat, lepram dixerũt, & Quasi cancrum uniuersalem, tumoremq; in tibiis et pedibus elephantiam uocauerunt, non tamen omnem tumorem in pedibus, & tibiis elephantiam dixerunt, sed eum tantum qui a nigricante carne aspera, dura, inæqualiq; causatur pelle, elephantina comitante. & sic passio talis inter morbos in forma collocatur. unde patere potest hoc in loco Nicolai Leoniceni redarguitionem in Auicennam friuolam esse. Varices autem & si in pedibus, tibiisq;. tumorem faciant, non tamen pellem inducunt elephãtinam, sed tantum inæqualitatem in uenis illis, in Quibus talis sanguis melancholicus continetur. Dictum. N. est proprium esse humoris melancholici inæqualitatem facere. Fortassis etiam tempore Galeni talis particularis elephantiosis non aderat, sed progressu temporis apparuit, Quæ etiã tẽporibus nostris rara est. Ego tantum unum talem particularem elephantiam patientem uidi, qui adhuc uiuit. Quod si haec particularis elephantiosis tẽpore Galeni affuisset, absq; dubio eam non tacuisset. Admirari etiã desinat Nicolaus Leonicenus, si remedia, Quæ Galenus, & Græci aduersus elephantiosim commemorant, eadem Arabes in curatione huius particularis elephantiosis exerceant. Eadem. N. est materia, Quod, & Galenus ipse exercuit in morbis ab eadem materia genitis. Libro. N. 2°. artis curatiuæ ad Glauconem capite de curatione elephantiæ, Dixit. elephanticos autem eodem modo, ut cancros curamus, Quia, ut dixi, ex eadem causa humoris fiunt. Nec etiam rationi alienum est, si ubi de uitiis pedum, & crurium agitur, illic Arabes, & hanc particularem locauerint elephantiosim. Nec loci distantia morborum distinctionem prae se fert. Et si plura in hac materia dici possent, in presentiarum tamen hæc, que diximus sat sint, Quæ reticere noluimus, ne Galeni optime dicta calumnia inficiantur, ne ue Arabum labor fructuosus, pinguisq; eorum doctrina indignis contumeliis afficiatur. Plurimum profecto Hippocrati, & Galeno tamquam prioribus debemus. Non parum tamen Arabibus

obnoxii sumus, q admonitionibus Hippocraticis in p°. part. aphorismorũ aphorismo primo innixi, Quæ a Galeno sparsim, & p lõgos sermones di/cta sunt, in breues codices, & admirando ordine collegerunt, sermonesq Hippochrisis. & Galeni obscuros, & succi plenos illustrarũt. Nec quæ di/ximus ea superbe dicta quis existimet uelim. Noui. N. me medicorũ mini/mum. Qđ si ea quæ diximus, & quae dicemus bene dicta probent, omnis laus omnipotẽti Deo tribuat, eiq ingentes gratias ago, qđ talia me docu erit, & me eorum sermonum præconem elegerit. Si uero male dicta pro/bentur, id totum meo imbecili ingenio tribuatur, posterioribusq ea pro libito corrigenda relinquimus. Tertium itaq deserentes capitulum, ad Quartum accedamus.

De morbi Gallici signis. Capitulum .iiii.

SIGNA huius morbi tripliciter distinguem⁹, primo signa mor/bi in se, & absolute, 2°. signa ipius uiri inhaustr, & inficientis, 3°. signa complexionis, & dispositionis ipsius haurientis, siue patiẽ tis. Signa huius morbi in se, & absolute, de se sunt manifesta, & per se li/quido patent. Cum. N. aliquis cum infecta concumbit, & post coitum in uirga ardorem senserit, dubitandum est ne ab hoc morbo corripiatur. Cũ autem post secundum, aut tertium diem ardor nõ remititur, immo potius uirga ulceratur, iam uenenum ipsi membro uirili affixum est. timendum/q uehementer ne per totum diffundatur corpus. Cum autem pustulæ per corpus, & praesertim in facie, & capite apparent, rheumatismusq, et in/de exulceratio gutturis, & palati, doloresque per uniuersum corpus pati/entẽ noctu magis infestantes, haec ubi affuerint signa morbum perfectũ iudicabis. Nã talis est ei⁹ proprietas. Multi insuper oris, & gutturis exul/ceratione uulam perdidere. Signa uero ipsius ueneni inficientis dupliciter distinguemus, Primo considerando ipsum uenenum in se absolute, gene/raliterq, secũdo specialiter, & respectu ad ipsa corpora humana q̃tum ad ipsius actiuitatem, & modum affligendi. Quantum igitur ad consideratio nem ipsius ueneni inficientis generalem, & absolutã, cum dictum sit uene num tale ortum hẽre a sanguine mẽstruo, cuius natura, & si heterogenia existat, multamq humiditatem superfluam, & indigestã contineat, cõple xio tamen eius frigida, & sicca, melancholicaq existit. Licet in tali san/guine mẽstruo in diuersis mulierib⁹, secundum diuersitatẽ alimentorũ & secundũ diuersas complexiones earũ in eodẽ sanguine menstruo manife/stet aliquãdo humor choleric⁹, in qbusdã melãcholicus, in aliis phlegmati cus. Per hos. N. humores ĩ compatione ad mediũ sui generis, denominant menstrua calida, uel frigida qñq p hos ẽt magis, & minus agentia redunt.

eius frigida, sicca, melancholicaq; existit. & ꝑpter hoc morb⁹ iste frigidus, & siccus appellari debet. Et hinc exurgit. 2ª. cōsideratio ipsi⁹ specialiter, & respectu ad ipsa corpora humana q̄tum ad ipsius actiuitatē, & modū affli/gēdi. & ē, ut si possibile ē, inspiciant̄ mēstrua fœmellæ a qua assumpta ē in/fectio. & si uideas talia in rubedine nō nimis excedentia cū quadā opacita te, ad albedinē quādā declinātia, iudica talia mēstrua i suo gn̄re fore tpata. Si uero uideris rubedinē ualde inflammatam, & colorē citrinū, & reliquos colores cholerae peculiares, iudica talia mēstrua fore acuta, & calida. Similiter si uideris mēstrua sicca nigª ualde, dic mēstrua adusta, melancholica/que fore. Si uero uideris mēstrua alba aquosa, iudica talia forī frigida phlegmatica. Et cum uideris i patiēte post coitū in infecta uirga, uuln⁹ ualde inflammatū, & corrosiuū cum ardore, & dolore uehementi, & infectionem cito apparere, & eum acriter affligi, iudica uirus assumptum fore calidū, & acutum. Si uero uideris in patiente post coitum in infecta uirga, uuln⁹ paruum cum pauco ardore, & dolore, & infectionem diu latere, iudica uirus haustum, frigidā, & obtusam qualitatem habere. Hanc autem latētiā, citamq; apparentiam ex qualitate ipsius uiri menstrualis inficientis, com/plexione uictuq; suscipientis, ut plurimum prouenire non ignorādum est. Euenit in hoc morbo quod in morsu canis rabidi, in aliquibus. N. cito ap/paret, quid noceat, in aliquibus uero occultatur ad menses, & annos. Sigª uero complexionis, & dispositionis hunc morbū haurientis siue patientis enarrare superfluū uisum est, cum hæc copiose a medicis praestantissimis prioribus, & posterioribus scripta reperiant̄. Nobis in praesentiarū memorare sufficiat, Q đ si cōplexio patiētis fuerit calida, & sicca, & repletio cho/lerica, defædatiōes cutis cholericae erunt, & dolores ex eadem materia excitati aderunt, nō ab re dicitur repletio cholerica. Q uis. N. complexionis cholericae existens, repletionem pati potest phlegmaticam, & hoc in esu ciborum immodico, qui pituitā generant? Si uero complexio fuerit frigi/da, & humida, & repletio phlegmatica, defedatiōes phlegmaticae, & do/lores ex eadē materia insurgētes aderūt, & sic de cæteris complexionibus dicendū est. & propter hoc dictū est in capitulo præcedenti, quod secūdum uariam complexionē, dispositionemq;, & secundum dominium humoris in sanguine peccantis, secundū pluralitatem indiuiduorum uaria genera infectionum cutis in hoc morbo eueniunt, ac etiam secundū quod morbus nouus, uel uetustus fuerit. Adiecto etiam quod te latere non debet, quod si patientis complexio calida fuerit, & uirus assumptum fuerit frigidum, uel e contra, non parum cutis infectiones, & dolores uariabuntur. Virus nempe tale totam massam humoralem in sui cōuertit similitudinem, ideo

exoriuntur scabies, pustulae, saphati, impetigo, serpigo, salsum phlegma, morphea, & caetera. Quorum morborũ essentiam ample a medicinae au/ctoribus traditã reperies. Cumq; super haec diligẽter perscrutatus fueris, an sanguis ipse, an cholericus humor, an phlegmaticus, an melancholic⁹, an salsus, an plures in ipso patiente peccent humores, uiri insuper inficientis notitiã specialem habueris, poteris eidem opportune opem ferre, ut late inferius, Deo concedente, dicemus. itidem de doloribus dicendum censeo. Et haec de signis dicta sufficiant.

De Prognosticis morbi Gallici. capitulum. v.

ADVLTERI, & lenones, & quicũq; in uenerẽ proni, huic morbo magis obnoxii sunt. 2°. hñtes epar calidũ, & siccũ naturaliter, & cereb⁊ humidũ, & frigidũ, si a tali morbo correpti fuerit, grauiter ab eodẽ molestant̃, & cũ difficultate sanãt̃. 3°. iuuenes facili⁹ curant̃, caeteris parib⁹, quã senes. 4°. morb⁹ hic dũ recẽs est, si remedia opportuna, quae dicem⁹ inferi⁹, adhibeant̃, & aeger obediẽs fuerit faciliter, & breui curatur tpe, cũ aũt inueterascit, tardioris, & difficilioris ẽ curatiõis, & qñq; curatiõnẽ nõ admittit, & pͤsertim i senibus, & debilib⁹. Quinto, quidã dixit q̃d huic morbo magis obnoxii sunt melãcholici, & maxime per adustiõnẽ, quã oẽs alii pp similitudinẽ, secũdũ philo. 2°. de gñratiõe, & corruptione. In habẽtib⁹ symbolũ, facilior ẽ trãsit⁹. & per Auicennã. 2ª. primi. Doct. 3ª. cap°. 3°. d̃ signis complexionũ. Cõuersio in gñre ꝓportionali facilior ẽ cõuersione ad cõtrariũ. Ego uero aliter sentio, ꝓpter q̃d primo sciẽdũ ẽ, q̃d cõplexio melãcholica duplex existit, una ẽ a gñratiõe cõtracta, altera ẽ acq̃sita ꝑ decidẽtiã calidae, & siccae apud trãsitũ aetatis stat⁹, ad eã q̃ est senectutis. & talis complexio est alia ab ea quae acq̃rit̃ ex decursu tpis, siue aetatis in quocũq; homĩe. In omni. N. sene est complexio frigida, & sicca, respectu eius, quam hũit in aetate status. Licet. N. in principio senectutis, talis frigiditas, & siccitas adueniãt quaedã tñ frigiditas, & siccitas contingit tali complexioni propria, nõ ex debito decursus aetatis, sed ex debito complexiõis calidae, & siccae innatae praecedẽtis. Et propter h° Gal. 2°. Technes dans signa talis complexionis, dicit, uerũtamen cholera nigra uincit sup ipsum, quae melancholia innaturalis appellatur, quae non per uiam hipostasiue feculentiae generatur. Et propter h° differt a cõplexione naturaliter tali. Secũdo notãdũ q̃d cã⁊ corpus nostrum alterantiũ quaedã ab extrĩseco copi nostro adueniunt, Quaedã ab intrinseco. Tertio notandum quod facilitas compassionis, siue alterationis, infrigidatiõis, uel calefactionis ex duobus dependet. Primo ex parte complexionis, Nam membrum naturaliter calidum, citius calefit, & memb⁊ naturaliter frigidũ, citius frigescit. 2°. ex pte

compositiōis, ut si corp⁹ sit raræ texturæ, & habeat poros latos, dicemus illud facile pati a calido, & a frigido. Cōtra si corpus sit durꝝ, & densæ texturæ, tūc dicemus ipsum difficili⁹ pati. His stantib⁹, dicam⁹ sic, qđ, sicut dictū est, morb⁹ hic cōtagiosus existit, & ab extrīseco, ut puta, coitu cū infecta, uel cū infecto corpus occupat. Licet corpus melācholicū respectu affinitatis, uel similitudinis ad hūc morbum magis paratū sit, tamē, ut uisum est, i. 3° . notabili, facilitas cōpassiōis nō solū depēdet raōe similitudinis, & complexionis, uerū ēt ex parte cōpositiōis. Sed cū corp⁹ melācholicū naturaliter tale, ut hētur a Gal. 2°. Technes de signis eius sit natura durū, ꝓpter siccitatē exiccantē, & frigiditatē inspissantē, & inde poris priuatum nō pilosum. Seqtur qđ tale corp⁹ difficili⁹ patiet̄ a cāis ab extrīseco uenientibus, & per consequēs ad hūc morbum non erit magis paratū . & h° sentit Gal. lib° de optima cōstructione siue cōpositiōe corporis cap°. 4°. Confessim aūt qđ duri⁹ est, eo corp⁹ difficili⁹ passibile est oībus quæ exterius sunt cāis, & parꝝ inferi⁹, & qđ densius. De corpe aūt melancholico ꝑ decidentiā tali adhuc tale corpus durū existit, ut eodē loco asserit Gal. & duri⁹, ēt respectu sui ipsi⁹, qñ erat in statu, & ꝑ cōsequēs difficili⁹ passibile a cāis extrīsecis. Plus. N. facit duritia, & densitas corpis in resistendo cāis extrinsecis, quā similitudo in recipiēdo. Patet ꝑ Gal. loco supra allegato. Dico tñ qđ si morb⁹ hic tale corp⁹ occupet uehemēter ī idē sæuit, ad ulcera. N. maligna, & nodositates, ut plurimū tale corp⁹ deducit, qbus maxima cū difficultate curat̄. Propositio Auic. loco supra allegato, cōuersio &.c. intellidenda est, supposito qđ resistētia nō adueniat ex ꝑte cōpōnis. Dicamus itaq; cū Gal. qđ Sicut durities, & dēsitas difficultatē faciūt passionis a cāis extrīsecis, ita mollities, & raritas facilitatē inducūt passiōis ab eisdē. & cū morb⁹ hic ab extrinseco ueniat, corpa mollia, & rara ad hūc morbū magis parata erūt, Si in talē causā inciderit, caueāt taliter cōpositi. ex h° loco pōt solui q̄stio, qs magis ad hūc morbū parat⁹ sit, an uir, an fœmina, & dicendū qđ uir, eo quia calidior ē, & ꝑ cōsequēs poros uirgæ magis aptos habēs, ꝑ quos uirus tale faciliter ꝑ corp⁹ discurrere ualet, & massam sanguineā inficere. Fœmina aūt cū sit uiro frigidior, nō ita faciliter inficit̄, nisi crebro usu coitus cū infecto, eo qđ matrix frigida, & sicca, densaq;. existēs, magis resistit cāis, q̄ exteriores sunt. Plures tñ uidim⁹ mulieres unico coitu cū īfecto, infectionē hausisse, ut affirmabant, & hoc fuit, qa cōplexio earꝝ, & ꝑserti secūdū matricē, calida erat ac ēt, Quia ī eo coitu agitatæ, & calefactæ fuerāt, tūc eqdē sui sceleris pœnas dedere. Sexto, q ꝑt coitū cū infecta frigidū uirus assumpserit, tardi⁹ īfectio ī eo appebit, & tardi⁹ curabit̄, cæteris parib⁹. Septimo, q calidū uir⁹ assūpserit, cito īfectio appet & cito curat̄ cæteris parib⁹.

De remediis morbi Gallici, & primo de curatione præſeruatiua. cap. 6.

ACcedentes itaq; ad huius morbi curationē, eā bifariā diuidemus, in præſeruatiuā uidelicet, & curatiuā, a pſeruatiua ſermo noſter exordiū ſumet. Præſeruatiua. N. ars curatiuā excludit, & dicamꝰ Quod ſi qs uelit ab hoc morbo præſeruari, uideat cāś productiuas ipſius morbi, & eas q̄tū pōt, effugiat, quas diffuſe ſuperiꝰ memorauimus. Et, qa morbꝰ hic, ut plurimū ex concubitu cū infecta contrahit' ideo ſummopere cauendū eſt a coitu cū mulieribꝰ infectis, & publicis. Quod ſi cōtigerit cū talibꝰ coire, & p̄t coitū in uirga ardorē ſentire, uel inde ī ea ulcꝰ appere, nō ſubueniendū eſt, ut omnes faciunt chirurgi, qui uolentes curare, ſummo/pe nocēt, propinantes medicamina exicantia, frigida, ſtiptica, Quoꝝ na/tura ē impigere, & figere materiā eamq; ad interiora ꝓpellere, Sed potius ingenio elaborādū eſt, ne uirꝰ tale ad interiora impingat', ſed ad exteriora ſenſim educat', & eductū reſoluat'. Confeſtim itaq;, & repēte accipiat' lutū armenū, & ſanguis draconis, & diſſoluant' cū ſucco arnogloſæ, uel aqua eius, cū modico aceto nigro acri, & fiat miſtura, ex qua linea faſcia operi, accommodata liniat', & ex ea uirga circunliget' in radice eiꝰ ꝓpre pectinē, cū decēti ſtrictura, & hoc, ne materia illa uenenoſa libere per corpꝰ ſpargi poſſit, immo uiis clauſis, ac conſtipatis retrocedat, & cū ſicca fuerit, iterū madefiat, & applicet', Subſequēter pullū galinaceū, uel columbū habeat, & eū per mediū ſcindat, uirgāq; ulceratā in carnē illā calcſcentē immittat, & tā diu teneat, donec caro actu calida ſentiat', iterādo ſæpiꝰ priorē abiici/endo. Hoc. N. eſt de melioribus auxiliis in tali caſu. Venenū. N. ipſi mēbro uirili affixū: cū ortū habeat a ſanguine mēſtruo, ut dictū eſt, per quādam ſimilitudinē mouet', afficit', diſpergit', & hebetat' in carne illa ſanguinolen/ta. Adiuuat ēt ad hoc caliditas actualis cum uirtute ſua attractiua. Dein/ceps talis conficiat' aqua, Quæ recipit Salis cōmunis. ʒ. i. ʃ. Argenti ſubli mati. ℈. i. Aquæ plātagīs, & fumiterræ añ. ℥. iiii. Bulliāt oīa ad ignē iu ua ſe uitreo ad conſumptionē decimæ partis, & ex hac ulcꝰ madefiat, & con/tinuo ſupra illud tale ponat' unguētum, Q d recipit Ariſtolochiæ rotūdæ, radicū lilii, uiridis æris, armoniaci tpati in aceto, myrrhae añ. ʒ. ii tereben/thinæ, picis, olei communis añ ʒ. v. conficiat' unguentū ad ignē. Hæc in ip̄o morbi principio ſtatim expediūt. Poſt dies aūt aliquot, talis nō expedit cu/ratio. Ab ip̄o ēt principio ſingulo mane ieiuno ſtomacho capiat patiens. ʒ. i. theriacæ antiquae, cū. ℥. iiii. aquæ fumiteræ. Senibꝰ tamē, & debilibus in parua m̄ſura ea dāda eſt. Caueas ēt ne eā æſtiuo tpe præbeas, & pſerti cholerico, Sed potius trociſcos d̄ tyro, & carnes uiperinas propinabis. Ex/pediēs ēt eſt, per phlebotomiā ſanguinē mittere, ſi ætas, complexio, & uirtꝰ

tulerint. Sirupis, & cassia fistula, stuphacp, quæ uapore aquae in qua la//
patium acutū, fumusterræ, & scabiosa ebullierint calefit, sanguinē purga/
re necessariū probamus. Dietā uero in cibo, & potu obseruet, prout in/
fra dicemus. Si uero interea in corpore patientis oriri uideas pustulas, &
eundē doloribus torqueri, in hac curatione non amplius laborandū, immō
ab hoc opere quiescendū. Iam. N. diffusum est uenenum per corpus, perā
ctus est morbus. tūc preseruatiuā deserentes, curatiuā amplectemur. Hoc
adiecto, quod curatio prænarrata, post mēbri uirilis ulceratione, & præser
tim si in ipso initio ulceris nō exerceatur fortassis sistere non ualebit tale
uirus, quin per totū spargatur corpus, & morbum perfectū inducat. Tunc
satius esset ab ipso principio tuæ uisitationis, facta phlebotomia, si expe/
diat, & conuenienti pharmaco mundificato corpore, unctionem exercere,
de q̄, Deo dante, inferius agemus. Hæc. N. unctio absq; dubio tale destruit
uirus, Q uod. N. unam sanat ægritudinem ab eadem præseruat.

De Curatione morbi Gallici. Capitulum septimum.



T integra, & perfecta curatio, Deo Duce, de hoc morbo habea/
tur, necessarium arbitramur, nouem discutienda fore. Primum
diæta existit, Secundū phlebotomia, Tertium Digestio, Q uar/
tum Euacuatio. Q uintum administratio uiperarum, Sextum administra
tio balnei, Septimum administratio malagmatum, quæ uulgus unguenta
dicit, Occtauum accidentium, quae ad unctionem subsequuntur remotio.
Nonum accidentium, quæ hunc morbum sequuntur correctio:

De diæta. Capitulum. Primum.



Epetere oportet ea quæ dicta sunt superius capitulo de signis hu/
ius morbi, dicentes qd, iudicio sumpto, ab ipso morbo, qui frigi/
dus, & siccus est, dieta calida, & humida competit, cum omnis cu/
ratio fiat per cōtrariū, aphorismo℞. 2ª. & 3º. Technes. Iudicio autē sum/
pto ab ipso uiro mēstruali q̄tū ad spālem eius cōsideratione, ac ēt a cōple/
xione, & dispositiōe patientis, non eadē diæta sēper cōpetit, immo eā uaria
re oportet, secundū ipsius uiri menstrualis inficiētis diuersam specificatio
nem, & secundū uariā patiētis complexionem, dispositionemq;. Nā q̄nq;
calida, & sicca, q̄nq; frigida, & humida diæta, &c. indigem⁹ Q ualitercūq;
sit, si calida diæta opus erit, nō exhibēda est intense calida, ne nimis disic/
cet. Morbus. N. siccus est, similiter de frigida dicendū. Q uantū ad accidē/
tia, quæ semper hunc morbū comitant̄, & sunt rheumatismus, & dolores
in mēbris iuncturalibus, & pāniculosis. Haec. N. mēbra, cū frigida sint, &
exanguia, calidis gaudent, & frigidis tristant̄. & ꝑpter hoc aer frigidus, &
humidus, & præserti nocturn⁹, radiiq; lunares nocent talia patiētibus. Et

propterea si diæta frigida, & humida opus erit, omnis in his excellēs quali tatib⁹ diæta uitāda est. Corrigenda itaq; sunt cibaria ad has qualitates de clinatia cū cinamomo, & cassialignea. Mirabile. N. hæc duo præstāt iuua mētū in hoc morbo, ut colligi pōt. 14ª. 3ⁱ. tractatu. 2°. cap°. 3°. Tempatis itaq; potib⁹, cibariisq; frequētius utēdū est. Exercitiū ad roborandū calorē naturalē, & ad resoluēdū supfluitates in mēbris iūcturalib⁹, & panniculo sis existētes, multū iuuat patiētes, & debet tēperamentū excedere Cauēdū tñ ē, ne taliter excedat, ut ex eo corp⁹ substātialiť desiccet, sit ēt factū hora cōueniēti, ut mane añ prādiū, emissis pri⁹ supfluitatib⁹, egestiōe, & urina, & uesperi āte cænā, & de specieb⁹ exercitii est ascēsus sup montē, & lud⁹ par uæ sphæræ. Hæc. N. duo gñra exercitii h° i morbo cōueniētia sunt Caete ræ res nō naturales, illa p̄narrata tpata mēsura p uiribus ministrādæ sunt.

Decuratiōe morbi Gallici per phlebotomiā. Capitulū secundū.

SEcundū cōsiderandū est phlebotomia de qua Gaspar torrella epi scopus sanctæ Iustę, q libellū de hoc morbo cōposuit, dixit qđ ap parētib⁹ multis pustulis, phlebotomia nō cōpetit, immo pessima est, qa cōuertit, & attrahit materiā ad interiora. & hoc de mēte Principis se dicere affirmat. Is. N. licet in pricipio sui operis pustulas in hoc morbo eue niētes, uariolas fore negauerit, hoc tñ i loco oppositū uideť sentire, & ideo phlebotomiā dānat, & decoctiōes aperiētes, & ebullitionē i sanguine faciē tes, q̄ ubi natura expelleř nō sufficiat, cōueniēter in curatiōe uariolaꝝ ad ministrāť, i hoc morb° optimas fore asserit, canōesq; hui⁹ morbi curatiuos a cap°. đ curatiōe uariolaꝝ eliceř uoluit. Hūc uero maxime errare aperte co gnosciť. Pustulas. N. cutisq; đfædatiōes i hoc morbo eueniētes eas nec ua riolas appellare, nec eis prorl⁹ similes diceř licet, ut sēsui patet. Etiā prīceps uolēs iuestigař modū gñratiōis uariolaꝝ fecit h° p uiā ebullitiōis i sāguīe, secūdū semitā cuiusdā putredinis, qa ī oī gñratiōe uariolaꝝ fit ebullitio. hu i⁹ ebullitiōis signū, febris ē cōclusa, & hāc ebullitionē inat⁹ calor efficit, ut reliquū sanguis mēstrui expurget, qđ ex utero retinuit materno. Hæc aūt expurgatio, & sepatio fieri ñ pōt nisi forti cū motu. & ideo Zoar dixit uari olæ, & morbilli exeūt cū febre ualde īpetuosa, & maligna. Similis. N. ē exi tus uariolaꝝ extractioni butyri a lacte, Q uæquidē extractio nō fit nisi cū labore magno, atq; motu forti ualde. Cōstat aūt hūc morbū hoc m° nō gñ rari. Pustulæ. N. hūc m̄bū cōitātes ñ p uiā ebullitiōis, & putrefactiōis fiūt Q uia febris cōclusa adesset. ii aūt febre ñ molestāť. Cām uero ei⁹ gñratiōis iā dixim⁹. Præterea uariolæ ut plurimū fiūt ab ītrinseco, ut puta, ex prin cipiis gñratiōis, hic aūt morb⁹ semp ab extrinseco uenit. Vlteri⁹ hic auctor intendens per cutim materiā ducere, semina fortiter prouocantia exhibet,

quorum proprietas est humores adurere, & in naturam lapideam conuer/tere. ut Princeps. 22ª. 3ᶠ. tractatu. 2º. capº. 7º. asserit. Hoc autem deterri/mum in hoc morbo existit, & quantum fieri possit, uitandum. Nos uero rationalem medicinam sectantes, quam ratione, & experimento constare, Aueroys, comento primo canticæ, asserit, & oẽs itidẽ affirmant. Nos autẽ ratione ipsa persuasi. Languẽtis mittendũ esse sanguinem affirmamus, Is. N. morbus ex corrupto sanguine, ut uisum est, gignitur. In omni autem morbo, cum uitium est in sanguine, a phlebotomia incohandum est. Hæc. N. tritissima est in medicina propositio, & ab omnibus tam antiqs, quam neotericis medicinæ auctoribus comprobata, experientia quoq; ipsa idem asserimus. Vidimus enim gñraliter quod mulieres, quæ tali morbo infectæ fuerunt, quia singulo mense menstrua fluebant, citius liberatæ fuerunt, nec ita acriter ab eodem molestabantur, nisi illæ, quae ex aliquo impedi/mento menstruis ipsis carebant, tunc, & ipsæ acriter affligebantur, cum morbi longiore mora. Dicamus itaq; cum a principio uideris signa exube rantis sanguinis, & robur, & ætas ipsa consentiant, antequam indurescat sanguis, fiat phlebotomia de uena nigra, uel basilica dextri lateris, quam uideris tumentiorem, & extrahatur de sanguine prout oculus certior ar biter ipsius sanguinis infectionem maiorem uel minorem te docuerit. In mente tamẽ hẽas quod princeps dixit. 4ª. pᶠ. capº. de phlebotomia. Me/lius est infra subsistere, quam exquisitissime euacuare. Eius etiam canonis memor esto, qui ait. Caue ne ad humorum cholericorum ebullitionem, & frigidorum cruditatem ægrum deducas. In hoc. N. morbo humor melan/cholicus multus aptus est generari, cuius temperamentum est sanguis. In hoc. N. morbo adhibenda non sunt ea, quæ humores, & corpus exiccant, ut supra dictum est, cum de diæta ageremus. Phlebotomia. N. copiosa po tenter corpus, & humores exiccat. Apertio hemorhoidũ, & præsertim in consuetis, prouocatio ẽt menstruorũ, si diminuta exirent, uel penitus desi/nerent, maximũ adiumentũ in hoc morbo afferre consueuerunt, ex. 17ª. & 21ª. fen. 3ᶠ. can: Auicennæ. Inueterato autẽ morbo, & sanguine indu/rato, facto frigido, & crasso, phlebotomia suspecta est, maxime copiosa, per quam dolores augentur, & ulcera malignitatem acquirunt, suspecta etiam est propter uirium imbecillitatem. ii. N. necessario debiles sunt. Lon gitudo quippe morbi, & preserti infesti, uires omnino prosternit. Deinde ex malignitate sanguinis, quam sequitur defectus nutrimenti. Membra. N. ut uisum est, sanguinem malum respuunt, eam quoq; malignitatem sanguinis, sequitur maligna complexio, & penuria spirituum, difficilisq; eorũ instauratio, quae omnia uires debilitant. In hiis autẽ quid agendum

ſit, docet Princeps eodem cap°. Minuendi ſunt, & parum de ſanguine extrahendum, cibiſque bonis nutriendi ſunt. Deinde poſt dies iterum minuendi, ut malus ſanguis ab eis extrahatur & bonus reſtauretur. Per inſtaurationem. N. intermediam ſanguis malus a corpore extrahitur, ſine uirium deiectione. Hos tamen, & eorum ſanguinē ante phlebotomiam præparare docet eodem capitulo authoritate antiquorū tribus modis, primo balneo aquæ dulcis calidae. Hoc. N. balneum corpus mollificat, humores, & ſanguinem diſſoluit, & æquat. Sed de balneo inferius, deo dante, dicemus. 2°. quod non ſtent otioſi, immo moueantur, & in ſuis officiis, & miniſteriis exerceantur. Exercitium nāq; corpus calefacit, ſanguinem, & humores diſſoluit, & attenuat. 3°. potare ipſos ſyrupis inciſiuis, de quibus capite proximo dicemus, Quidam tamē hoc in morbo ſanguiſugas, & uentoſas ſalubriores, quam phlebotomiam exiſtimant, Quos non parum errare manifeſtū eſt. Sanguis enim factus frigidus, & craſſus aptius per phlebotomiam q̄ per uentoſas, & ſanguiſugas educitur.

De Curatione morbi Gallici per digerentia. Capitulū tertium.

REpetendum eſt, quod dictum eſt in cap°. de cauſis huius morbi .vz. quod uirus ipſum menſtruale inficiens ſanguinē, & humores ad naturam melancholicam conuertit, hoc tamen non facit ſubito. Agens. N. naturale non agit in inſtanti, ſed in tempore. & ideo dictum eſt, hunc morbum in principio, eſſe curatu facilem, tunc. N. humores adhuc indurati non ſunt, nec mala complexio fixa eſt, inueteratus autem cum difficultate curatur, & quandoq; curationem non admittit. & hoc Quia humores in naturam tranſiere melancholicam, cum debilitate membrorum principalium, Qui humores melancholici, ut cuilibet in arte medica perito apertum eſt, cum difficultate coquuntur, eradicanturq; detrimenta etiam mēbris principalibus, cæteriſq; ab illis humoribus illata, uix emendari, corrigiq; poſſunt. Hiis præmeditatis, dicimus quod eligenda ſunt digeſtiua, p/ut cognoueris qualitatem ſpecificam uiri menſtrualis inficientis, & exuberantiam humorum in patiente malignorum, contraria ſemper applicando. Et ſuper hoc meminiſſe oportet eorum, Quæ dicta ſunt ſuperius, cum de diæta ageremus, hoc eſt, ſi calidis opus eſt, ne nimis calefacientia adhibeamus, quibus ſubtilia reſoluantur, & melancholicus humor augeatur, uel generatus craſſior fiat. & quod nimium frigida euitemus, ne ue meatus claudantur, & materia reſolui prohibeatur. Seruanda eſt etiam regula, ut a debilioribus incohandum ſit, ad ualidiora aſcendendo, Nec in hoc morbo expectāda eſt perfecta digeſtio, immo paulatim digerendū, & minoratiue euacuandum Aduertendum quod ad opus perfectū in hoc

morbo,& in pluribus aliis,non sufficit tantum materiam per syrupos con/uenientes digerere,ut pharmaco cōpetenti possit educi,sed,& aliud agen/dum est,ut balneo materiam,& corpus aptes,seu disponas,præparesq;.& hoc est quod dicitur.2°.practice cap°.56°.Volentem sumere medicamen/tum,oportet prius disponere corpus suum,utendo.uz.anteq̄ accipiat laxa tiuum,duobus,aut tribus diebus balneo temperati caloris, ac dulcis,sua/uisq; aquæ superfusione tepidæ super corpus Et hoc est etiam quod dicere uoluit Hyppocrates.2ª. Aphorismorū.corpa ubi quis uult purgare,opor tet fluxa facere. Corpora.N. purganda, oportet mollia facere, ac fluida, meatusq; aperire,per quos natura pharmacis adiuta,solet humores noxi/os educere,Quæ quidem optime balneo perficiuntur.Vnde. 4ª.p¹. bal/neum quoq; ingredi anq̄ fiat uentris solutio aliquot diebus,est ex eis quæ bene præparant,nisi aliquid prohibuerit. Sit itaq; balnei usus inter eua/cuationem,& euacuationem,non tantum aquæ dulcis simplicis,sed in ea decoquantur maluæ,radices alteæ,saluia,& similia,ut materia huius mor bi dura, & crassa, compactaq;, attenuari,& dissolui possit, ut aptius per pharmacum educatur.Meatus etiam aperiantur,ut sine torminibus,& fa stidio,maligni educantur humores.Syrupi conueniētes sunt. Syrupus uio laceus, Syrupus de succo endiuiæ, Syrupus de lupulis, Syrupus de succo fumiterræ,& Syrupus.de fumoterrae maior,& minor.& Syrupus.de epi/thimo,mel rosatum,oximel,& simplex,& compositum. Hos aromatizare debes cum aliq̄to cinamomo,& casia lignea, & croco.Poteris etiam modo tuo conficere syrupum.magistralem,pro ut malignitas humoris in ægrotā te exuberare uidebitur,semper aromatizando cum cinamomo, & casiali/gnea,& croco.Et hæc de digestione in hoc morbo dicta sufficiant.

De curatione morbi Gallici per euacuantia.
Capitulum quartum.

EVacuationem hoc in morbo commode exercebimus medicina le/nitiua minoratiua,& eradicatiua Per medicinam autem lenitiuā intelligo ea quae materias communes,ut puta feces,uentositates,& mucosas materias in stomacho, & in intestinis repertas leniendo edu/cunt,Quæ medicina a proprietate hunc,uel illum humorem non respicit nec educit,nisi fortassis aucta in mensura.Hanc autem lenitionem in pri mis exercebimus altero ex his modis, ut puta, clistere lenitiuo, & id tuo modo conficies,aut exhibitione casiæfistulæ,catholicone,& caetera,in for ma potabili,uel solida,ut tibi,& ægro magis expediens uidebitur De me/dicina autem minoratiua dicamus primo quod minoratio materierum in

hoc morbo,& in reliquis,multis modis perfici poteſt,ut phlebotomia ſan/
guiſugis, ſcarificatione, hæmorroidū, menſtruorumq; prouocatione,de
Quibus dictum eſt ſuperius,hæc etiam exercetur per balnea,& unguēta,
de quibus inferius ſuo loco,deo concedente,dicemus.Hic autem tantum/
modo narrabimus eam quæ fit medicina ſolutiua ebibita clyſteriisq;. Per
medicinam minoratiuam intelligenda eſt,ea quæ materias morbi proprias
cum antecedentes,tum etiam coniunctas reſpicit, & partem illarum edu/
cit,& non omnes,& hanc in hoc morbo,& in reliquis cum plectoriam ſuf/
focantē dignoſcimus a principio nulla etiam præcedente in materia dige/
ſtione bonum eſt præmittere.naturam.N.excitat, & potentiorem reddit
ſupra reliquum.A principio autem ſi morbus ſit recens,ſi non adſit plecto
ria ſuffocans,Quæ raro contingit,facta digeſtione in humorib⁹ anteq̄ in
durent̄,& in naturā melancholicam conuertant̄,euacuentur.tunc.N.obe
dientiores ſunt,& ad euacuandum aptiores exiſtunt.Accedat deinceps ad
unctionē quo modo inferius explicabit̄. Videndū eſt quis humor peccet,
proprioq; ſolutiuo educendus eſt.Simplicia ſolutiua in hoc morbo cōferē/
tia ſunt,Aloe, Reubarbaꝝ, Agaricū & efficax præbet auxilium. In hoc
morbo polypodium,epithimum,mirabolani,& præſertim indi morbo iam
uetuſto,quo tempore ēt confert elleborus niger,& lapis lazuli,qui ſalubri
or eſt elleboro, & ſene:cuius uſus perutilis eſt in hoc morbo. Compoſita
uero ſolutiua ſunt Diafænicon,electuarium Indum maius,& minus & hæ
quidē confectiōes magis accommodantur morbo adhuc recenti.Cum au/
tem uetuſtus fuerit,& humores iam ad naturā melancholicam trāſierint,
ad fortiora pharmaca,& humoribus melancholicis magis accommodata,
accedere oportet.& hæc ſunt Diaſene,confectio hamech primeæ & ſecun
de deſcriptiōnis,& hyeræ magnæ & pillulæ de fumoterræ, & pillulæ indæ
& pillulæ de lapide lazuli.Tu uero ea præbebis,quæ humorib⁹ duris,craſ/
ſiſq; in ægroto malignis magis accommodantur, ea menſura, pro ut co/
guoueris naturam,uireſq; ægrotantis.De minoratione materierū per cly/
ſteria dicendū quod ſi clyſteria debeant materias tales educere, oportet ea
fortia eſſe,quæ epar ledunt,ut.4.ª ,primi dicit̄. Cum autem dictū ſit epar
hoc in morbo non parū ledi euidenter inferri poteſt eadem in hoc morbo
non conferre.Sed quia nonnunq̄ contingit materias craſſas multiplicari
in nutritiuis membris, non parua nocumenta minitantes, idcirco probo
clyſteria,quæ conficiantur ex foliis,& floribus boraginis,& bugloſæ betæ
mercurialis foliis, & radice alteæ ſene,epithimo,polypodio,thimo, agari/
co, cartamo non multum contuſo, & ſimilibus, in predicta decoctione
diſſoluendo de Diaſene, & hyeris, ut tibi magis expediens uidebitur

De eradicatione autem materierum in hoc morbo dicendum quod per medicinam eradicatiuam intelligendum est omne quod materiam cum antecedentem, tum etiam coniunctam ita euacuat, ut per id morbus remoueatur. Et super hoc aduertendum quod medicinæ, superius positæ, tum simplices, tum etiam compositae, in certa mensura exhibitæ sunt potentes in minorando tales materias. Profecto eædem auctæ in mensura conuenienti poterunt tales materias eradicare. Nam in maiori q̃to maior est uirtus quæ insequitur multitudinem formæ. Similiter si medicinæ supradictæ in certa mensura sunt potentes in minoratione materierum huius morbi, eædem in eadem mensura crebro exhibitæ interposita digestione conuenienti in materia, & pariter interposita membrorum confortatione, pro ut inferius, Deo concedente, dicemus, potentes erunt ad eradicandum materias tales. Quod. N. adiumentum producere potest agens potens in breui tempore non repugnat illud produci posse ab agente minus forti in multo tempore frequentatis uicibus circa euacuationem eradicatiuam, quæ fit medicina forti aucta in mensura. Aduertendum quod cum morbus hic, & præsertim uetustus, dependeat ab humore melãcholico, qui durus est, & pharmacis non obediens, multocies per eadem fortia pharmaca commouetur, agitaturq;, & non educitur, unde morbus augumentum in materia, & qualitate suscipit, & ægroti debiles existunt, non ualentes pharmaca ferre fortia. Vnde consulo ut uitentur medicinæ uenenosæ. Quod si exhibeantur cum timore, & cautela id fiat. Et circa eradicationem talium materierum, potius insistatur secundo modo dicto, ut puta medicina forti debili interposita tamen digestione materiei, membrorumq; confortatione. Hoc. N. modo egrum tuto gubernabis, & tandem ad optatam optimam ualetudinem, nutu Dei, eum deduces. Nec putes te eradicationem materierum huius morbi tantum pharmacis solutiuis posse perficere, sed oportet, alia quoq;, quæ inferius dicẽtur, exercere, & sunt balnea, & malagmata. Non. N. existimandum est materiam durissimam nodositatum prope lapidosarum in hoc morbo uetusto euenientium posse conuenienter pharmaco solutiuo educi. Et haec de euacuatione materierũ in hoc morbo dicta sufficiant.

De Curatione morbi Gallici per administrationem Viperarum. Capitulum quintum.

USUS Viperarum hunc morbum patientibus plurimas praestat commoditates. Primum quidem ui earum carnium mundificatiua

totius corporis per cutem, ut Galeno, xi°. de simplici medicina, capitulo. de carne, placuit, Cum maxime, ut uisum est, morbus hic ex sanguine infecto, crassoq; proueniat: natura talem sanguinem per cutem expellente, procul dubio carnes earum in hoc morbo conferre asserendum est, cum per easdem partes euacuandum sit, per Quas natura euacuat, si conuenientes extiterint, Aphorismorum prima. A quibus autem humoribus per cutem totum corpus mundificent, & quibus maxime aptentur. Dixit Serapio suo de simplicibus, capitulo. Iabame alfabay. i. de carne Tyri, Quæ caro adhæret humoribus, & educit eos ad cutem. Maxime quod ex eis crassum, & terreum est, ex quibus generatur scabies, & ægritudo, qua eleuatur cutis, talis autem hæc existit, ut patuit. Et ob id dixit Isaac quod iam certificatus est de eo quod plurimi antiquorum de eis carnibus dixere. Et notum est eas ualere in quibuscunque passionibus duris: & melancholicis. Iterum auctoritate Dioscoridis, necnon & Principis. secun°. can. cap°. de serpente. Eius ius cum sorbetur, & eius caro cum comeditur, conferunt doloribus neruorum. In hoc. N. morbo, ut notum est, & neruorum, iuncturarumq; dolores adsunt, Quare eas in hoc morbo conferre non ambigendum est. Insuper hoc in morbo epar uehementer ledi reperitur. Quo taliter affecto, & disposito, ad generationem sanguinis crassi, & melancholici oppilationes diuturne gigni solent. Ius autem serpentum, & carnes eorum hos malos corrigunt, & curant affectus. Iste etiam morbus ex inductione per eũ frigiditatis, & siccitatis in corpore toto senescere facit. Serpentum uero carnes iuuenescere faciunt, ut Mesue de consolatione medicinarum intentione. z^a. capitulo. secũdo. placuit. Præterea uirtute earum ueneni destructiua, & præsertim sanguinis menstrui hausti. Et cum morbus hic a sanguine menstruo ortum habeat. ut patuit, concludendum est, eas in hoc morbo excellentes esse. Operationes autem prædictas in corporibus nostris an complexionẽ earum elementari, an uirtute coelesti exurgant. Mesue ubi supra, non complexione elementari, sed uirtute celesti asserit, serpentem iuuenescere facere, substantia tamen carnium, & complexione earum adiuuantibus. Ad praxim igitur ipsam descendentes ita dicamus. Sume uiperam ex locis non aquaticis, sed montanis. colore quidem non nigra. Hæc. N. praua est, & perimit. Sed alba, uel, ut ipse dicit, Rasis cum paucis lentiginibus ad albedinem declinans, & abscissis capite, & cauda ad mensuram digitorum quinq; excorietur, exuisceretur q; nõ extracta adipe. Caueto tamen ne fel rumpatur, quia perimeret, optimeq; lauetur, & in aqua plurima ad coquendum ponatur, cum ciceribus, & modico dictamo, ac pauco sale, & tam diu coquatur, donec tota dissoluta

fuerit, & abiectis ossibus, caro eius comedatur, & ius sorbeat, superasperso, & iuri, & carnibus cinamomo. In principio tamen non multum de carnibus comedendum, neq; de iure earum sorbendum est, sed paulatim ad debitam earum q̃titatem deueniendũ est, pro ut experto medico satis esse, iuxta uires ægroti, uidebitur. Et tandiu singulis diebus de eis sumendum est, donec scotomia, mẽtis permistio, corporis ue tumor apparuerint, tunc ab earum usu abstinendum est, non quidem ex toto, sed ad tempus. Cum uero accidentia praedicta sedata fuerint, ad usum earum redire commodum est. Hoc. N. modo ipsius uiri menstrualis inficientis destructionem, & sanguinis, ac totius corporis mundificationem perficies. Vsus etiam uini in quo necata fuerit uipera, & in quo quodammodo computruerit, excellẽtis in hoc morbo remedii est. Et quia hyemis tempore propter latentiam earum in cauernis, non facile uiperas habere possumus, & quia eo tempore non ita utiles sunt, uenenum enim earum frigore hebetatur, ideo commodum duximus, Syrupum de uiperis describere, qui congruo tempore confici potest, & per totum annum in suo robore seruatur, qui hoc modo fit. Sume fumiterræ, scabiosae, lapatii acuti añ manipulum unum, foliculorum senæ, miro balanorum indorum añ, drachmas sex, citrinorũ chebulorũ. polypodii, epithimi, añ, uncias duas, uiolarum, unciam unam, dictami, cinamomi, añ, drachmas duas, carnium uiperarum præparatarũ, ut supra, libras duas, & coquantur in sufficienti quantitate aquæ, cum pauco sale, & sal non excedat q̃titatem eius, qui poni solet in carnibus, quæ comeduntur, & tam diu coquantur, donec totæ dissolutæ sint, & iuris remanentis sint libræ tres, & eiectis ossibus, totum coletur, fortiter exprimẽdo, & cum saccari albi libris tribus, fiat syrupus. De quo ægrotus sumat singulo mane uncias duas, cum unciis tribus aquæ buglossæ uel fumiterræ. Hic Syrupus ut ex Quibus conficitur constat, conuenit digestioni cuiuscunq; humoris melancholici. Poterit etiam peritus medicus secundum quantitatem qualitatemq; humoris melancholici in ægrotante, hunc moderari, uel, si uidebitur, alium conficere. Et hæc de administratione uiperarum dicta sufficiant.

De curatione morbi Gallici per administrationem balnei. Capitulum sextum.

BAlneum in curatione huius morbi a nobis utile esse, superius dictum est. Vitium. N. sanguinis hinc demitur, & ipsum unum est ex iis quæ superfluitates euacuant, colliget. 6°. Et eas præsertim

ſupfluitates, quæ cuti uiciniores ſunt. Et id maxime quod cũ exiccatione earum naturam iuuat attrahendo humores a uiro menſtruali infectos, per eadem loca, & conuenientia, per quæ ipſa natura conatur expellere. Nec ignorandum eſt quod Aueroys eodem loco dicit, & eſt, quod balneũ in nobis diuerſas imprimit operationes, primas, vz, ſecundas, & tertias. Nam ipſum humectat, & exiccat, &.c. Harum autem diuerſitatum, contrarietatumq; Dixit Aueroys unam ex tribus exiſtere, una eſt diuerſitas partium balnei, alia eſt diuerſitas corporum ægrotantium. Tertia eſt diuerſitas moræ in balneo. Qua propter noſſe oportet partes balnei, & ſunt, ut dicit Aueroys, aqua calida, domus balnei, & aer ipſius. Noſſe etiam conuenit, quod ſecundum intenſiorem, uel remiſſiorem caliditatem ipſius aquæ, diuerſæ operationes in corporibus noſtris imprimũtur, & ſunt. Quod aqua, quæ tẽperamẽto ꝓxima eſt, corpꝰ refrigerat, & humectat, parũq; corpora dioſſoluit, & in illa pauca diſſolutiõe, abſtergit ſordes, quæ cuti adhærent. Aer etiam tẽperatꝰ balnei a prædicta aqua immutatus, ad leuem ſudorem corpus inducit, tantum ſuperfluitates ſubtiles eius expurgans. Quod ſi aqua, & aer ad ſecundum, & tertium gradum caloris deuenerint, ut in ſecunda, & tertia balnei domo corpora calefaciunt, & exiccant, inflationes carminant, ſuperfluitates diſſoluunt, & ab imo corporis eas per ſudorẽ copioſum expurgant. Et id magis minuſue ſecundum quod ad ſupremum gradum caloris, aqua, & aer balnei accedunt. De diuerſitate autem corporum ægrotantium aduertendum eſt, quod corpora balneo utentia, quandoq; diſſimilia in cõplexione, & compoſitione exiſtunt. Quis. N. ambigit corpora temperata, ſanguinea: cholerica &.c. balneo æqualiter utentia, diuerſimode ab eo immutari. Gibboſus etiam aliter per balneum immutabitur, ab illo, qui non fuerit gibboſus Seruata tamen paritate in quibuſcunq; aliis. Corpora etiam denſa, balneum intenſi caloris, & longiorem in eo moram ſine nocumento tolerant. Corpora autem mollia, & rara non ſuſtinent. Itidem quis ſatur aliter immutabitᷣ balneo, & aliter famelicus. Corpora etiam ægrotantia, quandoq; munda, aut prope munda, & quandoq; repleta ſunt. In corporibus autem mundis, uel non repletis, bonas efficit balneũ operatiões. In corporibus autẽ repletis, & ſupfluitatibus plenis, ſecus operatᷣ. Nã propter multã materiã ad cutim attractrã, pori clauduntᷣ, & ſuperflua egredi nõ poſſunt, diſcurrẽſq; materia horripilatiões gignit, motaq; ad mẽbra, dolores exiſtẽtes adauget, uel nouos gñrat. Et ob id dixit Aueroys balneũ nõ eſſe utile hñtibꝰ repletionẽ totiꝰ corporis, aũt unius mẽbri. De diuerſitate uero moræ in balneo neminẽ latere puto qđ ſecũ

dum breuiorem, longiorē ue morā in balneo, balneo utens, aliter, & aliter immutabitur, seruata etiam paritate in quibuscunque aliis. Nec nos etiam latere debet, quod magna pars operationū balnei procedit ab eius aqua, & ipsius aer ab aqua mutatur, & diuersas inde recipit impressiones. Et qnque. in balneo, aere solo utimur, qnque aere, & aqua, pro ut corporibus affectis, commodius, & utilius iudicatur. Cum uero aere solo utimur, id stupha proprie appellatur, quæ qnque uapore aquæ simplicis calidæ calefit, simplexque uocatur, & humida. Nonnunq̄ uero calefit uapore aquæ nō simplicis. Sed in dicta aqua feruenti sunt simplicia intentioni quæsitæ accommodata, idque balneum arte compositum appellatur, ad differentiam balnei naturaliter, ut sulfurei, aluminosi &c. Aliquoties etiam calefit lapidibus ignitis, uel ferro candenti, potenti uino aspersis, secundum quod exigit dispositio, ad fortem resolutionem, dissolutionemque. idque stufa sicca appellatur Neque silentio prætereundum est, balneum, q̄tum proposito nostro conducit, etiā tripliciter distingui. Quoddam. N. est præparatiuum ad euacuationē per pharmaca, & sanguinis emissionem, de Quo suo loco diximus, & præparatiuum etiam ad eam euacuationē, quæ per unctiones fit, de quibus in cap°. sequenti agemus, Aliud est balneum prohibitiuum, ut in hora operationis pharmaci, nisi frenitet, & in tēpore quo unctiones exercentur. Tertio modo sumitur balneum, ut perficiens, & hoc dupliciter, incomplete, & complete. Incomplete autem cum administratur, postq̄ cessauit operatio pharmaci. Resoluit. N. aliquid partibus cutaneis proximum, quod non potuit pharmacum educere, non tamen curationem omnino perficiens. Complete autem, cum post perfectam ipsius uiri menstrualis inficientis destructionem, ad accidentia remouenda exercetur, ut inferius patebit. Dicamus igitur ab initio naturam sanguinem infectum ad partes cutaneas depellentem iuuandam esse, non tantum remediis prænarratis, ut puta syrupis, & cæte. uerum, & balneo stufa humida dicto, non tantum simplici, sed & arte composito, quod in casu nostro ualidius est. Vt puta in aqua coquendo lapatium acutū, fumumterræ scabiosam, boraginem, & similia, & hoc si non fuerit repletio magna. tunc. N. summopere nocet, ut supra dictum est. Id. N. balneum, cum hoc quod iuuat naturam, attrahēdo ad partes cutaneas, exiccat etiam id quod cuti proximum est. Nec tale balneum debet multum temperamentum excedere. nec diutius ægrotans in eo commorari Cuius rei argumentum est, quod, ut uisum est, morbus hic corpus, & humores exicat, ab eo itaque quod uehementer exiccat cauere debemus. Quale est balneum intensi caloris, & longa in eo mora. Insuper balneati munire se debent pannis, ne uentus, & aer frigidus

per poros apertos subintrans, eos lædat, nec post balneum ea die domum exeant, presertim si malus urgeat aer. Hora autem ineundi balneum, ea est, Qua completa est digestio cibi in stomacho, & in epate, & est hora matutina, emissis prius excrementis, egestione, & urina. Vespere autē nō laudo balneū. Ea siquidē hora, morbus hic magis infestat. Venenum. N. inficiens cū proprietate sua, ea hora humores ad motum inducit, unde dolores augentur. Abstinendum igitur tunc est, ab eo quod humores cōmouet, descendere. N. eos tunc faceret ad læsa mēbra, doloresq; augeret. Cōsideranda est cōplexio ægrotantis, & secundum eam paranda est stupha, Quantū ad gradum caloris, moraq; in ea limitanda. Itidem qñq; balneo utimur ad sedandos dolores, & eo casu in aqua bulliant flores chamæmeli, melilotum, semen lini, malua, & althea. Nonnunq̃ eo indigemus ut præparatiuo ad malagmata, Quæ uulgus unguēta dicit, præserti cum in mēbris prope lapidosae existunt nodositates. Tunc in aqua coquantur rādices altheæ, radices lilii. yreos, & serpentariæ, & fenugræcum, & semen lini, & per plures dies ante unctionem irrigetur infirmus, itidem membrū lesum per magnam horam embrocetur, balneetur, foueaturq;, ut mem brum ipsum, & materia in eo existēs, rarefiat, mollificetur, dissoluatq; ut perinde aptiora fiant, ad uires malagmatum suscipiendas. De stufa autem Quæ uapore sublato ex aspersione uini potētis, super lapides ignitos, uel ferrum candens calefit. Hanc propter eius ualidam exiccationem nō laudo. Multos. N. uidi ægrotos ex usu eius, in febres putridas incidisse Licet aliqui hac stufa usi asserant, seipsos a nodositatibus, & doloribus incolumes euasisse. Quorum complexio, naturaq; fortior fuerat membrorū nō facile dissolubilium, morboq; fere iam resoluto, & corporibus eorum non repletis opposito autem modo se habentibus, minime tale balneum concedi debet. Pariter de balneis naturalibus dicamus. Quod si experto medico uisum fuerit, talia in casu conferentia fore, oportet, dixit Auicenna, ut balneetur in eis quiete. Primitus quantum ad passiones animales, præsertim ab eis quæ corpus exiccant. Hæc autē balnea, ut patet, fortiter exiccant, idcirco ægrotum læderent, siccitatem siccitati superaddendo. Cauendum est etiam ab intemperie earū animæ passionum, Quæ ex nimia animæ, & spirituum dilatatione, a centro ad circunferentiam pauperiem spirituum inducentia, uirtutem debilitant. Balneum etiam tale cum hæc operetur, corpa iis animæ passionibus taliter affecta, eo utentia uehemēter offendet. Quieti etiam sint, & corpore, otio. N. incumbere debent, Per quietem. N. corpus refrigeratur, & humectatur, & sic per eam nocumentum per balneum corpori illatum corrigitur. Suauiter etiam dixit, Quia

non debent in eis stare cum angustia. Eo. N. casu periculum esset, ne sim/copis, & putrida febris eos inuaderet. Dixit etiam ordinatim, & non su/bito, Quia natura non tollerat repentinas mutationes, & ab extremo ad extremum non fit transitus, nisi per medium. Introire itaque prius debēt balnea longe a fonte posita, deinde gradatim ad balnea fonti proxima accedere. Calidiora existētia. Hoc. N. m° corpora balnea hæc utiliter tolle rant. Et hæc de balneorum administratione satis dicta sufficiant.

¶ De curatione morbi Gallici per administrationem malagmatum. Capitulum septimum.

SEptimum in ordine quod considerare decreuimus, fuit admini/stratio malagmatum, Quæ, cum secundum genus diuersa sint, secundum diuersas intentiones in opere requisitas, &, ut inten/tio nostra generi proprio accommodetur, asserimus de illis malagmatis ser monem facere, in quibus magna quantitas argenti uiui subintrat. Et su/per hoc mouetur ista quæstio. An talia malagmata conueniant in cura/tione huius morbi, negatiue arguitur sic. Malagmata hæc frigida sunt, ergo non conuenienter in curatione huius morbi administrantur, Con/sequentia tenet, cum omnis curatio fiat per contrarium. 2ª. aphorismo/rum, &. 3ª. technes. Morbus autem iste frigidus est, ut patuit. Quod au/tem malagmata hæc frigida sint, patet ratione multæ quantitatis argenti uiui subingredientis. Quod argentum uiuum frigidum extat, uehemen/ter interficit namq; sua frigiditate congelando, ut patuit, in illo apothe/cario de quo sermonem facit Petrus Appo. in suo de uenenis. cap°. 2°. qui noctu sitiens uas plenum argento uiuo hausit loco aquæ, mane uero reper tus est mortuus, & uidentes argentum uiuum exire per anum, anothomi/zauerunt eum, inueneruntq; cor eius, & sanguinem circa ipsum coagula/tum. Etiam quo maxime natura uergit eo ducere oportet per conuenien/tia loca. Aphorismorum prima. Medicus. N. imitator est naturæ. Sed hæc per cutem ab humoribus infectis corpus expurgat, & hec uia laudabilis extat. Malagmata autem hæc opposito modo operantur, repellunt. N. materiam interius ad membra principalia, oppositum recte agendo debe/remus facere. Quoniam herisipillam intrinsecus factam, extra conuerti bonum aphorismorum sexta, Quod non de sola secundum Gal. uidetur herisipilla, sed de omni passione ab interioribus membris ad ignobilia se conuertente, quare, &. c. Præterea quod neruis, & iuncturis nocet non

conuenienter in curatione huius morbi adhibetur. Huiusmodi autem malagmata hæc operantur. Paralesim. N. & tremorem inducunt, 2°. can. Igitur & cætera. Amplius quod ulcera gutturis, & oris, fætoremq; eius inducit. Non recte incuratione huius morbi adhibetur. Malagmata autem talia accidentia predicta inducunt, igitur & cætera. Pro parte affirmatiua arguitur sic. Quod incidit, penetrat, & nodositates dissoluit, & uirus menstruale, atq; humores ab eo infectos per eandem uiam, & conuenientem per quam uirus ipsum menstruale mouetur, naturaq; agit, expellit, cutimq; mundat, & malam in ea qualitatem existentem corrigit, conuenienter in curatione huius morbi admittitur, Qualia sunt hæc malagmata in quibus magna uis argenti uiui admiscetur Igitur ea summopere conferre in hoc morbo fatendum est:

¶ In hac questione sic procedemus Tractaturi. N. de curatione per malagmata, Quæ ad scientiam medicinarum compositarum spectat, necessarium duximus notitiam simplicium prætractare, & præsertim eius partis, quæ in ea compositione se habet, ut ratio, seu forma, & est ipse liquor æthereus, de cuius compositione, cõplexione, & uirtute mentes philosophorum, & medicorum antiquorum, & iuniorum labare uidentur. Scientia. N. simplicium medicinarum prior est, q̃ scientia ingenii curatiui, & medicinarum compositarum. ter°. de ingenio sanitatis. Primitus itaq; de essentia ipsius argenti uiui, pariter & complexione agemus. secun°. ueritas quæsiti pro parte affirmatiua dilucidabitur. ter°. modum ponemus obseruandum in administratione talium malagmatum. quar°. ad rationes opositas respondebimus. Quantum ad primum sciendum est, quod, cum intentio nostra sit essentiam misti mineralis explanare, primitus de ipsis elementis, ex Quibus non solum mista mineralia, uerum etiam omnia corpora generabilia, & corruptibilia constant, sermonem nostrum incohare commodum esset Cognitio quidem nostra a magis communibus usq; ad ipsa elementa procedit Tunc. N. arbitramur nos quidq̃ cognoscere, quando eius prima principia cognoscimus, & causas eius, & elementa, ex quibus componitur. primo de Physico auditu Sed quia hoc non est præsentis speculationis, & ad alium spectat artificem, & ne opus nostrum monstruosum quid contineat, & inde deforme appareat, hæc a philosopho discussa supponamus unum uidelicet fore elementum arctissime sumendo illud, cuius descriptionẽ habes. quin°. Methaphisicorum. & id nihil est aliud Quam prima omnium materia Quia tamen elementum dicitur de causis intrinsecis. Apparet & alterum fore elementum

& illud nihil est aliud, quam forma ipa, quæ altera pars est essentialis entis naturalis p q̄ ipa prima materia actu existit, cui⁹ descriptionē habes primo physicoꝝ. Alterū etiam est principiū extrinsecū, & illud est priuatio. Hui⁹ trinarii numeri necessitatē, sufficientiā, & eorū proprietates habes primo Physicoꝝ. Haec. N. tria elemēta siue principia sunt ad generationē cuius/cunq; entis naturalis necessario concurrentia, aliter tamen & aliter. Nam materia, & forma ut principia intrinseca, & proprie elementa dicta Pri/uatio autē ut principium extrinsecū, a quo mot⁹ incipit. Forma autē tan/quā termin⁹ ad quem mot⁹ ipse tendit, materia autē tanq̄ subiectum utri/usq;. priuatiōis uidelicet & formae. Supponamus etiā Q d largius elemen tū sumendo, & more metaphoris. Quatuor sunt quæ elemēta uocantur, ignis, aer, aqua, & terra, ex quibus omnia mista cōponunt᷑. & ita sumen/do elementū, definitionē eius habes. 2°. celi, & mundi. Et hæc Quatuor ex prima materia, & forma cōposita sunt, & ad ipsam generationē elemento rū concurrūt illa tria prænarrata principia, ut apparet ex. 2°. de gn̄ratione & corruptione. Hæc simul misceri, & per qualitates eorū primas quæ sunt calidū, frigidū, humidū, & siccum, ad inuicem agere, patiq; quæ si æquata sint in potentia, & uirtute. Quod nō intelligendū est, qd hæc tantū agāt, & hæc æqualiter resistant. Tunc. N. non fiet altera forma, nec qd sit æqua tio ponderis ipsoꝝ elementoꝝ. Sed est intelligendū qd sit æquatio propor/tionis, Quam requirit forma generanda propter quam fit mistio. Tunc excellentiæ qualitatū corrumpunt᷑ ad inuicē, & generat᷑ quoddā medium, qd nec est simpliciter calidū, nec simpliciter frigidū, nec simpliciter humi/dum, nec simpliciter siccum, sed Quodammodo naturā participans singu loꝝ. His uniuersalibus rationabiliter præsuppositis, processus. N. ab uni/uersalib⁹ ad particularia maior est uia cognitionis in natura. Ad particu/lare nostrum propositū accedamus, & dicamus. Quod, sicut supra terram duplex est exhalatio, sic, & in uisceribus terræ duplex existit, una quidem calida, & sicca, & proprio nomine uocat᷑ exhalatio fumosa. Altera uero ca lida, & humida, & proprio nomine uocat᷑ uapor. & cū ignis, & aer nō sint materia uapoꝝ, & efficiens autē erit caliditas ignea, puta solis, aquam, uel ipsam terrā calefaciēs, uapores prædictos segregans. Hic autem q ab aqua segregatus est, humidus existit, & madefacit, naturāq; eius a quo segrega/tus est, participans, substātia aquea dici potest. Alter uero q a terrestri sic/co eleuatus est, calido igneo segregante, siccitatē terreā, & igneā calidita/tem, humiditatē etiā aeream, & unctuosam continet naturāq; eius a quo eleuatus est sapiens, terreū subtile dici potest. Hi autē in uisceribus terræ commisti, mediātibus qualitatibus primis, quibus agunt, & restat ut aqua

& patiuntur ad inuicem calore solis, ac influxibus astrorum longo tempore decoquuntur, frigido etiam terræ constringente taliter quod pluribus conuersionibus, tandem forma argenti uiui generatur. Et sic uerificatur illa propositio Aueroys. p°. Physicorum, comm°. 2°. & est quod inter materiam primã, & ultimã formã, mediãt materiæ compositae, & formæ cõposiæ, ut in hac narrata doctrina cõpositiua facile perspicere potuisti. De argento uiuo duæ reperiunt' celebres definitiones, una est Alberti magni in lib°. de Mineralibus. Quæ talis est. Argentũ uiuũ est substantia aquea mista terreo subtili mistiõe forti. Quantũ uero ualeat hæc definitio, inferius patebit. Altera de Argento uiuo definitio est Ieberis, quam secũdum omnes eius partes explanare uolumus, quia eam uerissimã esse tenem', & talis est. Argentũ uiuum Qđ mercuri' appellat' antiquorũ usu, est aqua uiscosa in uisceribus terrae, substantiæ subtilis albæ terreæ p calorẽ temperatissimum unita totali unione p minima, quousq; humidũ tẽperetur a sicco, & siccum ab humido equaliter, ideoq; fugit superficiẽ planam de facili propter suæ aquæ humiditatẽ, & nõ adhæret, & si uiscosam habeat humiditatẽ propter siccitatem illius, quæ illum cõtemperat, & nõ adherere permittit. Cum autẽ dixit est aqua uiscosa, non intellexit Qđ uapor ipse, uel aqua sola manens incrassescat, & uiscosa fiat, ut cõtra ipsum Ieberem argumentat' Conciliator. Nã aqua minime inspissat' sola manens, & cũ incrassatio, & inspissatio nil aliud sit nisi admistio partium terrestriũ, uel aerearũ cũ aqueis Id autem suapte fit, cum duæ exhalatiões commiscentur modo iam dicto. & hãc cõmistionẽ Ieber intellexit, cum dixit. Argentum uiuum est aqua uiscosa Id declarans, subiunxit substãtiæ subtilis, albæ terreæ, ita, ut per subtile album terreũ, & est ipsa exhalatio uiscosa fiat. Hoc modo cũ uapor ipse in uiscerib' terræ ipsi exhalatiõi calidæ, igneæ, siccæq; humiditate ẽt aerea, ac unctuosa participãte. Comiscetur exhalatio ipsa, Quia leuior sursum ascendit, uapor uero grauior existens sub exhalatione manet, ut materia, & hic patiendo calore, pprio, siue natura propria ipsius exhalatiõis, quæ sulfurea existit, coagulat'. Sicca. N. est exhalatio, humidum uaporis ebibẽs. Omne. N. siccum naturaliter ebibit humidum, & sic fit ueluti aqua uiscosa circunstans ẽt terra frigore proprio ad hoc iuuat & simboleitas ipsius uaporis ad illud. Hæc ẽt uidelicet exhalatio., quæ uapor est sulfuris albi puri non urentis sit illud, per quod ipm argẽtum uiuũ, uel tale mistum imperfectum, puta talis aqua uiscosa per se subsistat, & in diuiduum substantiæ fiat. Talis autẽ coagulat, & congelat, ut dictum est. Itaq; exhalatio ipsa substãtia siue formale erit in ipso argẽto uiuo, substãtiã dico. 2°. m°. dictã. Quinto, ut apparet Metaphysice nõ quidẽ substãtia,

seu forma substantialis. Talis. N. insensibilis est, & nobis ignota, sed in si/militudinē substātiæ seu principii formalis, ut dictum est, & ad formā sub/stantialem ipsius argenti uiui se habens, ut præparatiuū. Ignea insuper est exhalatio, ut dictum est. Ignis. N. cum actiuus magis sit, atq; formalior in/ter elementa, ideo præcipua, & principalis causa erit mistionis, eo quod est operans in illa, & uincens illa & in mistis in gradu formæ se habens Me/theororū. 4°. In uisceribus terræ, dixit locum suæ generatiōis explicans. Locus. N. est principium generatiōis sicut pater. Prophyrius libro prædi/cabiliū. Est. N. principiū generationis per quod uirtus generantis princi/palis recipit' in omni generante secūdario. Dixit per calorem temperatissi/mum unita, ut calore proprio ipsius exhalationis solis precipue, ac syderū omnium errantiū caloribus, per radios rectos ad ipsam terrae molē, quæ quasi punctum est ad ipsum cælū delatos, a quibus nempe Qualitas quæ/dam ad caliditatē & humiditatē declinans exurgit. Id per Qualitates pla/netarū a Ptolemæo in Quadripartito descriptas colligi potest. Hæc frigo re, & siccitate terræ contemperat', fitque temperatissima. Quod dictū est de planetis, de stellis etiā fixis intelligendum est, Heæ. N. similes sunt illis, ut omnes asserunt astronomi. Dixit, totali unione ad minima. Contactus. N. ad minima necessarius est in omni mistione, & transmutatiōe substanti ali. Dixit, Quousq; humidum temperetur a sicco, & siccum ab humido æqualiter. Dictum fuit superius humidum, & siccum passiua. Hoc autem loco auctor hic actiua asserere uidetur Nam seqtur humidum, temperat' a sicco, & siccum ab humido, ergo siccū tempat humidum, & humidū tē/perat siccum. Dicamus bene dictum esse calidum, & frigidum actiua, quia uirtute propria agunt. Humidum uero, & siccū passiua. Et cum dicit' hu/midū tēperatur a sicco, & siccum ab humido, ergo siccum temperat humi dum, & humidū tpat siccum. Dicamus uerum esse, nō uirtute propria, sed uirtute caloris, & frigoris. Et ideo Ieber hoc passiue dixit. Quousq; humi dum temperet' a sicco, & siccum ab humido æqualiter. Hoc declarās dixit, ideoq; fugit superficiē planam de facili propter ipsius aquæ humiditatē. Aqua. N. quia humida fluxilis est. Humidū. N. est quod facile alieno ter/minabile est termino proprio uero nequaq̄ qa tū tempatū est humidū sic/co. Dixit nō adhæret, & si uiscosam habeat humiditatē propter siccitatem illius quæ illum contempat, & nō adhærere permittit. Non autē adhæret propter siccitatē illius, uz exhalatiōis. Sicca. N. est exhalatio, ut uisum est. Siccū. N. fuit inuentū ut cū oe recipiatur incorporatio, & statio in se. Hu/midum itaq;, & uiscosum in ipso argento uiuo temperatum est sicco. i. mo dificatū, ipsum. N. argentum uiuum fugit de facili superficiem planam,

& figurā retinet sphæricam propter ipsius aquæ humiditatem. Non autē adhæret, nec madefacit sicut aqua Quia temperatur .i. modificatur sicco. Siccum ēt in ipso argēto uiuo tēperatur .i. modificat' humido. Siccum .N. fuit inuentū, ut cum eo recipiatur incorporatio, & statio in se. Non enim ipsum argentum uiuum uel humidum in ipso argento uiuo, ita sicco terminatum est, ut in se ipso stet, & quiescat in superficie plana, sicut glacies, lignū, uel lapis, nec ad tantam duritiem uenit, ut cum difficultate scindat', ut reliqua metalla, immo ab humido, in ipso argento uiuo existente, retinet fluxibilitatē super supficiem planam, a sicco uero ipsius habet, quod non adhæreat. Humidum itaqꝫ & uiscosum in ipso argento uiuo temperatum est sicco, pariter & siccum temperatū est humido æqualiter uirtute caloris, & frigoris. Claritatē habet ab aqua, & aere iclusis, fluxibilitatem ab humiditate aquea, pondus a dēsitate suæ substantie, albedinem ab exhalatione sulfurea alba, non adhærere habet Quia humidum eius temperatū est a siccitate illi' exhalatiōis. Causa uero materialis ei' sunt ipsa elemēta uel uapores ipsi dicti, Causa uero formalis eius est complexio seu cōmistio media in ipso, ex Qua resultant accidentia prænarrata, & Quæ dicētur. Non quod proprie complexio, seu commistio media sit causa formalis, siue ipsa forma substātialis, talis. N. est nobis ignota, quia insensibilis, sed antecedens, & præparatiuum quoddam ad ipsam formam substantialem generandā, propter Quā fit mistio, ut inferius patebit. Efficiens uero causa ipsa elementa, uel uapores ipsi commisti, mediantibus qualitatibus primis quibus agunt, & patiuntur ad inuicem, & sol, & corpora celestia; finis uero ipsa forma, uel nos mortales, Sumus. N. omnium finis Que in hoc mundo genita sunt, & generantur. Ex his patere potest Conciliatorē non recte damnasse Geberē, nec ipsum, nec modum generatiōis argenti uiui intellexisse. Patere etiam potest, Quod altera de argento uiuo diffinitionum falsa est. Prima. N. dicit argentum uiuum est substantia aquea, altera quod est aqua uiscosa, substantiæ subtilis, albæ terreae. Multum. N. differunt, ut patet. Superest ut de complexione, ipsius argenti uiui disseramus. Primum Quidem quid ab antiquis super hoc existimatum sit, dicemus, deinde nostra opinio rationibus fulta adducetur. Argenti. N. uiui natura mirabilis, multorum ingenia in stuporem adduxit. Plurimi. N. auctores medicinæ cōplexionē ipsius non aperte pronunciant. Complures ēt ex his nō solū alterā secundū gradū, uerū etiā penitus, & oino cōtrariā affirmāt, nullo fere idē de eo dicēte. Quidā ēt ipsum uenenosum &, mortiferū dicūt. Quidā uero neq̄quā. Dioscorides libro de simplicib' cap°. d Argēto uiuo, uirtutē homicidialē ipsi ieē asserit, pōdere suo itestina cōedēdo,

Plinius naturalis historiæ lib°.33°.cap°.de Argento uiuo inquit ex Quibusdam lapidis uenis uomitur liquor æthereus argentum uiuum appellatus, qui uenenū hominum est. Rasis octauo Almansoris cap°.de iis q̄ sumpserunt argentū uiuū asserit, ex potu ipsius nullū sæuum sequi nocumentum, præter dolorem fortem in uētre, & intestinis. Haliabas.8°. practicæ cap°.de eo q̄ bibit argentum uiuum dicit Q̄d ei nō inest interficere, sed in uentre & intestinis torsionē, & molestiā facere. Galenus.9°.de simplicibus cap°.de argēto uiuo dicit se nullā eius experiētiam habere, nec occidēdi si bibat͛, uel exterius apponat͛. Accedunt & alii complexioēm eius uariā referentes, & non solum uariam, uerū ēt contrariam, inter Quos Constantinus in Pantechni.2°.practicæ tractatu De uirtutibus metallorum cap°. Azoc.i.argentū uiuū calidū & urens in.4°. gradu affirmat. Ioāes autem Platearius in circa instās ponit ipsum calidū, & humidū in.4°.gradu. Dicit etiā in quibusdā libris reperiri ipsum esse frigidū, & humidū in eodem gradu. Auicēna.2°.canonis ponit ipsum frigidū, & humidū in.2°. gradu. Pariter, & Albert⁹magn⁹ in libro de mineralib⁹, eundē gradū frigiditatis, & humiditatis ipsi argēto uiuo attribuit. Nos autē primordia argēti uiui iterātes, dicam⁹, Quod cū quatuor elementa ad mistionē ueniunt pro argenti uiui productiōe, id fit mediātibus uaporib⁹ prædictis hoc modo, Primo Quidē ab aqua, uel terrestri humido, pariter a terra, uel terrestri sicco, uirtute solis in uiscerib⁹ terræ. duo p̄dicti uapores, uel spiritus producunt͛, & in tali p̄ductione est uera gn̄ratio, substātialis, & corruptio, ita q̄d tales uapores nō amplius sunt aqua, uel terrestre humidū, pariter nec terra, uel terrestre siccū, Aqua.N.& terra non possunt tantū rarefieri, uel leuifieri manēte aqua, & terra, sine ipsi⁹, s.aq̄, & terræ corruptiōe. Hic aūt Qui ab aqua, uel terrestri humido, uirtute solis segregat⁹ est, p̄prio nomine uapor appellatus, calidus, & humidus dictus est. Alter uero q̄a terra, uel terrestri sicco, uirtute solis p̄ducit͛, p̄prio nomine exhalatio uocatur, hæc calida, & sicca dicta est. Deinde cū ii in eisdē uiscerib⁹ terræ cōmiscent͛, gn̄rat͛ quoddā mistū impfectū, imperfectū q̄dē dico, nō per carentiā aliquoꝝ elemētorū. In his.N.duob⁹ uaporib⁹ Quatuor elemēta cōtinent͛. Sed imperfectū forma ultima ipsi⁹ argēti uiui gn̄rāda p̄pter Quā fit mistio. Et ex hinc ex actiōe ad inuicē, & passiōe, Quatuor primaꝝ q̄litatū i elemētis repertaꝝ, gn̄rat͛ quædā qualitas, quæ cōplexio dicit͛, patet prima primi doctrina.3°. capite primo. Et hec qualitas, siue cōplexio, non abiicit͛, siue corrumpitur, sed perficit͛ per aduētū formæ specificæ ipsius argēti uiui, & proprietatib⁹ ipsam formā cōsequētib⁹. Talis autē qualitas an calida, an frigida nominā da sit, dicamus. Mistū tale imperfectū genitū Ieber aquā uiscosam appella

nit, & hanc substantiæ subtilis, albæ, terreæ dixit. Et idē est, ac si diceret, naturæ sulfureæ, albæ. Substantia. N. & natura idem importāt, ut Quinto apparet Metaphysicæ. Sed cum natura sit primorꝫ elemētorū complexio. Aphorismorū. 2ª. aphorismo. 34°. Superest tale mistum imperfectum ex commistione prædictorꝫ uaporꝫ modo & loco dictis genitū, aqua uiscosa a Iebere uocatū, talis cōplexiōis existere qualis & ipsum sulfur albū, purum existit. Qđ quidē calidius extat uulgari sulfure, quod apud nos reperitᷣ, eo quod est immundū, terreum, & fætidū. Nec pquiras sulfur albū super terram solū, sed tale in ipō argento uiuo consistit. Sulfur uero uulgare calidū est, ad quartum gradū perueniens. 2°. canonis. Id etiā ratione monstratᷣ sic. Quod effectus caliditatis inducit, id calidum existit. Argentū uiuum autē id operatᷣ, igitur calidum est, consequentia patet cum maiori, & minor declaratᷣ nam incidit, penetrat, mollificat, & dissoluit. Hii enim caloris sunt effectus, ut intelligenti patet, igitᷣ, &c. Præterea cuicunqꝫ deffinitio calidi competit, id recte calidum dicitᷣ. Sed ipsi argento uiuo definitio calidi competit. igitᷣ recte calidū appellabitᷣ. Consequentia patet cum maiori. Homo est animal rationale, conuertitur. N. animal rationale est homo. Minorem probo. Calidum. N. est quod etherogenia segregat, & homogenia cōgregat. 2°. de Generatiōe, & corruptiōe. Id autē operatᷣ argentū uiuum, quod experimur in dolorib⁹ eueniētibus in ipso morbo Gallico a soluta cōtinuitate, causa humoris crassi imbibiti in musculis, neruis ligamētis, & similibus, ut palpamus in duritieb⁹ quodammodo lapidosis, in hoc morbo eueniētibus, p applicationē. N. taliū malagmatū, in quib⁹ magna uis argenti uiui subintrat, humor mēbro etherogeni⁹ dissoluitᷣ, sepatᷣ, segregaturqꝫ & membri partes homogeniæ, & discontinuæ cōgregantᷣ. Nec ualet si dicatᷣ id nō euenire uirtute argenti uiui, sed uirtute aliorū simpliciū subingredientiū. falsitatē hui⁹ rei experimur. Sublato. N. a prædictis malagmatis argēto uiuo, nihil ipsa tale operātur. & si qđ tale operantᷣ id debiliter, & imperfecte, & lōgo temporis spatio. Quod pfecte, ualēter, celeriterqꝫ cum argento uiuo operantᷣ. Præterea argentum sublimatū calidum est in. 4°. gradu. Ergo argentū ipsum uiuum ante sublimationē calidum est in eodē gradu. Antecedens patet experimēto, interficit. N. adurendo. Consequētiam pbo sic. Argentū uiuū sublimatū, redit in uerū argentū uiuū ergo non erat corruptū. Quod. N. corruptū est, impossibile est redire idem numero. Nō erat corruptū, ergo eadē forma aqua puenit oīs actio. quæ pri⁹ erat in ipso argento uiuo, inest in ipso argēto sublimato, & e cōtra ergo & eadem complexio, quæ tanq̄ præuia dispositio formā ipsam ātecedit. Mistio. N. fit ppter formā, & ipsa cōplexio est instrumentū agens, quo utitᷣ ipsa forma, dū

in suas exit operationes. Quod autem argentū sublimatū redeat in uerum argentum uiuum ipsa experientia docet. Sublimatio ergo ipsa non corrū/pit formam substantialē, quia non rediret ad illam. Potentia. N. materiæ non est ad præterita. In aduentu. N. formæ potentia corrumpit̃, & reducit̃ omnino ad actū, ut primo apparet Physicorū. Sed per ipsam sublimationē ipsum argentū uiuum depurat̃, & uitia in eo existentia ab igne tollunt̃ iu/xta illud Nasonis in Fastis. Omnia purgat edax ignis, uitiumque me tallis Excoquit. Vnde. 2°. de Generatione & Corruptiōe, calidum est quod ethe rogenia disgregat, & homotogenia congregat. Argentū ergo uiuum subli matum postq̄ rediit idem numero, purius, perfectius, & ualidius existit, & operationes perfectiores inducit, quam ante sublimationē. Per ipsam etiā sublimatiōem fit corruptio in formis accidentalibus, nec proprie debet di/ci corruptio, sed alteratio. & est simile sicut de urina. Quādo dicitur quod est corrupta, & ad ignē reducitur. Non. N. proprie corrupta est, sed altera ta. Siccū. N. in ipso argento uiuo ita tempatum est humido, ut eius opera/tiones inde impediant̃. Sublimatio autē ipsa hoc tollit impedimentū, indu cēs formā accidētalē, ut apparēter uideat̃ corruptū, cū re uera nō sit, Quæ forma accidentalis p artificiū corrūpit̃, dū ipsum argentū uiuū sublimatū redit i ue℞ argētū uiuū. Facit ēt ipsa sublimatio ipsum argētū uiuū i actus, siue operatiōes suas celeri⁹, & ualidius exire. Simile & ars facit in ipso argē to uiuo, dū ponit̃ in malagmatis, cū ad minima deducitur, & ex illis, actu calidis, corpus perungit̃. Tūc. N. facilius ualet in porositates nr̄i corpis pe netrare, & opera calidi, iam dicta, potēter inducit. Illud autē Qđ Diosco/rides dicit, qđ potatum pondere suo perforat intestina, hoc nō credimus, Quia, si p possibile qs deglutiret lapidē, uel aurū in maiori q̄titate, & pōde re, nō perforarent̃ intestina. Hoc experimur in lapide uesicæ. Sed dicimus Qđ qñ aliquis bibit argentū uiuū, cū uatura sua sit fluxibile, si descendat, & e corpore exeat, ut in multis accidit, nullū sæuum sequit̃ nocumentū. Si autem propter aliqđ impedimentū figatur, & retineat̃ actuatum a calore naturali, perforat intestina, corrodendo non pondere, sed caliditate sua, & acumine. Tarde tamē & longo temporis spatio id operatur, Quod celeri/us, & ualentius ipsum argentum sublimatum operatur. Quia impedimē/tum humidi in ipso amotū est. Et hæc est nr̄a de argento uiuo opinio, pri/mū claudēs articulū. Quantū ad secundū articulū. Sciendū est Quod Gas par Torella episcopus sanctæ Iustæ, Qui tractatū de hoc morbo cōposuit, malagmaticā hanc curationē damnauit, & talē curationē exercētes sicati/os appellat, nec tamē cōtra hos rationib⁹ inuehit̃, immo tanq̄ nefariā cura tionē, & irregularē dimittit. Hec opinio qa contradicit sensui, nō est bona.

Experimentũ enim ſermonũ ueroꝝ nõ eſt, niſi ut cõueniãt ſenſatis, & nõ e cõuerſo. 8°. Phy. cõmento. 22°. Inſuper deſtruit artẽ medicinæ. Ars. N. medicinalis magis experimento conſtat, q̃ ratiõe. & ſi in arte medicinæ nõ ſufficiat ratio ſine experimẽto, neque experimentũ ſine ratiõe, ſed utrũq; exigat͛ ſimul commento primo canticæ, Experimentũ tamen uincit ratio/nem. 4ª. primi capite de Phyſionomia. Nos aũt experimento innixi, dica mus cũ Philoſopho. 2°. Poſteriorũ. Ponẽtes triplicẽ gradũ animaliũ. prim⁹ eſt habentiũ potentiã ſenſitiuam tantũ. Secundus eſt habentiũ potentiam ſenſitiuã, & memoriam. Tertius eſt hadentiũ potentiã ſenſitiuã, memoriã, & ratiocinatiuam, & hic eſt gradus generis humani, Et cum omnes homi/nes natura ſcire deſiderent, Quod oſtendit ſenſuum dilectio, ex prooemio Methaphiſicoꝝ. Nõ. N. a nobis ſolũ diligunt͛ ſenſ⁹, Quia uitæ afferãt uti litatẽ, uerũ etiã propter ſeipſos in q̃tum apti ſunt ad cognoſcendũ. Et ideo præ cæteris ſenſum uiſus diligim⁹, Quia aptior eſt ad cognoſcẽdũ, & plu/res nobis reꝝ differẽtias demõſtrat Ex ſẽſu igit͛ ĩ nobis fit memoria, ex fre quẽti aũt memoria, experimẽtũ fit. Multæ. N. memoriæ unũ ſunt experi mentũ. Vlterius ex multis experimẽtis uniuerſale fit, Tũc ex expimẽto, & uniuerſali uno ꝑter multa qeſcẽti ĩ aĩa generat͛ in nobis id Q đ ẽ principiũ artis, & ſciẽtiæ. Artis qdẽ ſi circa operabilia. Sciẽtia aũt ſi circa neceſſaria nr̃a uerſat͛ cõſideratio. Cũ igit͛ hiſce tꝑorib⁹ uiderim⁹ talia malagmata in Quæ magna uis argẽti uiui ſubintrat curaſſe tali morbo affectos, materiã per oris excremẽta, & corruptos humores ex axillis in modũ riuuli educẽ/do, & id ſæpi⁹. Tũc ex multis ſenſatis gñrant͛ in nobis multæ memoriæ. & ex multis memoriis generat͛ in nobis experimẽtalis cognitio. Et ulteri⁹ ex huiuſmodi pluribus experimẽtalibus notitiis, intellect⁹ nr̃ excitat͛, cogitãs aliquã unam naturam ineſſe omnibus talibus particularib⁹ malagmatis, undehabent talẽ uim. & tũc fit in intellectu noſtro cognitio unius uniuerſa lis, preter multa. uz. particularia malagmata. Quia conſiderat naturam il lam uniuerſalem, præter hoc particulare malagma, & præter illud, & prae ter omne particulare malagma. & tale uniuerſale, Quia ex omni particu/lari abſtractum eſt, erit unum præter multa, & Quieſcens in anima, Quia a particularibus abſtractum, & a uariatiõe ſemotum. In ſingularibus. N. eſt motus, & hic eſt uerus modus, & recta ad artem, & doctrinam uia. Omnis enim doctrina, & omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtenti fit cognitione. Poſteriorum primo. Nec ſpernenda ſunt talia malagmatum genera, nec ab arte medicinæ excludenda, Quin immo ab ipſa prima ra/tionalis medicinæ origine auctore, & inſigni inuenta, inſtitutaq;. Propte/rea non ignorandũ ante Eſculapium, & Aſclepiũ eius filiũ homines arte


medicinali caruisse. Rudē tñ, & incultam etiā ab his traditā ideo deperdi/tā. Notitiā tamē confusam herbarū, & quorundā Pharmacorū, illos tunc habuisse aperte cōstat. Quandoquidē, ut recitat Herodot⁹ & eū Galenus libro. q intitulat' introductori⁹ medicorū, allegat ætate illa, languentes de/ferebant' in forū, nec licebat cuiq̄ silentio præterire, explorabant. N. prius omnes quo laborarēt morbo, ut si uel ipse eundē, passus fuisset morbū, uel aliū nouisset patientē, posset Quæ aut ipse uel alius expertus esset in me/diū afferre. In tabella etiā genus mali, & ipsi⁹ remedia notabant', parietiq; templi eius q auxiliatus fuerat Dei figebat', ut exemplū postea proficeret, Qui mos usq; ad tempora perdurauit Hippocratis. Is aūt, ut Plinius uige simo nono naturalis historiæ narrat exscripsisse ea fert', medicinamq; clini cam institués, & rationalē, languentes lecto iacere iussit. Hæc ratione cō/stat, & experimento, ad Quam acquirendā triplici incedit' doctrinæ ordi/ne, resolutiuo. uz. compositiuo & definitiuo rerum naturalium, non natu/raliū, & cōtra naturā, ut in ea perito arte notum est cognitionē necessariā, curationemque ipsam triplici instrumento perfici asseruit, diæta uz. potio ne, & chyrurgia. Deinceps Prodicus Silembrie natus ipsius Hippocratis discipulus, dum forsitan homines eius sæculi diuturnam moram in lecto trahere recusarent, uel seipsos eo spernerent uictu regi, ac potiones crebro sumere horrerent eam medicinam tanq̄ expeditiorē, Quam iatralepticen, idest, medicinā malagmaticā uocant, instituit, Quæ huiuscemodi malag/matū generibus, & cæteris pluribus per uolumina antiquorum medicinæ auctorum repertis, pro ut genus morbi, & natura ægrotantis exigit, per/ficit', publicā domū instituens operi accommodatā medicis reunctoribus, ac mediastinis uectigal inuenit. Hæc ob artis inconstantiā ab usu meden/tium plurimū excidit. Nulla. N. artiū incōstantior hac fuit. Post primam. N. rationalem medicinā, duæ numerū trinariū constituentes, exortæ sunt medicorum sectæ empirica. uz. & methodica uñ Ausonius poeta. Triplex quoq; forma medendi, Quæ logos, aut methodos cuiq; experiētia nomē. Empirica. N. ab ipsa experientia nomen sumpsit, Cuius auctores discipli/nam rationalem nihil ad medicinam pertinere naturæ, & causarum occul tarū cognitionem, Quā rationales necessariam tenent, uanam affirmant. Quoniam incomprehensibilis sit natura. Causarū primitiuarum usus, ex perimentorūq; cognitionē necessariam, & sufficientē affirmant. Metho/dici uero nullius causæ notitiā ad curatiōes pertinere, Sed satis esse quædā communia morborū inspicere, ut si corpus strictū sit, uel lubricum, uel mi stum. Nosse etiā oportere morborum genera, an acuta sint, an cronica, ac morborū tempora. His cognitis si corpus strictum sit, lenitiuis insistendū.

Si lubricū, stipticis utendū est, Si mistū morbū habeat obuiandum uehe-
mentiori. Aliter acutis morbis medendum, aliter cronicis, aliter in morbo
rū principiis, aliter in augumento, statu, & declinatione. In horū communi
obseruatiōe perfectam medicinæ artem consistere affirmant. Hanc metho
dicen uocāt, Quasi uiam quandam eorū quæ in morbus communia sunt
cōtemplatricē His uero temporibus apparente hoc nouo in Italia morbo,
plurimi medicorū insignes hesitauere, & a curatiōe ipsius refugerunt. Iu-
re quidē In curandis. N. morbis pria intentio, ut Galeno placuit, ab essen-
tia morbi sumenda est. Quæ cum nulla huius morbi memoria extaret, in-
cognita erat. Non defuit tamē succurrēdi uia, ad ipsam. N. iatraleptice ac-
cessus patuit. Quem uia tamen empirica, similitudo monstrauit Comper-
tis quibusdam malagmatum generibus, descriptis a Domino Theodorico
capite de malo morto, & ad uerbum recitant a Domino Arnaldo de uil-
la noua capitulo de scabie. Sub hoc titulo cōtinet malagma Sarracenicū,
quod sanat scabiem, cancrum malū mortuum, salsum phlegma, educendo
per os materiā, & dicit curare leprosos in principio, & cōfert arthetica, &
podagræ. In hoc morbo adē infectio cutis, instar scabiei fædæ, Quæ affe-
ctio lepræ similis est, Adsunt etiā dolores in uniuerso corpe, quasi quædam
arthetica, & hæc malagmata non ab imperito, sed ingenioso medico in
usum producta fuisse crediderim, quæ ad imperitos etiam deuenere, Qui
illis abutentes, omnes indifferenter perungunt, & in qualibet corporis par
ticula, omni etiam tempore, nullā euacuationē præmittentes, nullā mate-
riæ, corporumue præparationem facientes. Hinc est quod multi non per-
fecte curantur & si apparenter curant, paulo post in deterius recidunt Et
ideo multi probati medici hanc curationē improbarunt, arbitrantes per
huiuscemodi malagmata materiā ad interiora compelli, augeriq; cum de-
bilitate principaliū membrorū nō respiciētes quod in his malagmatis quæ
dam uirtus solutiua inest, ueluti in cæteris solutiuis, tam simplicib⁹, quam
compositis, diuerso tamen modo. Nam, ut dicit Dominus Theodoricus,
materiā per os educunt, sputum prouocando. Similiter materiam fluere fa
ciunt per axillas instar riuuli, in aliqbus etiam secundum dispositionem in
diuiduorū, materiæq; aluus mouet, sudoresq; exeunt copiosi peculiari ta-
men, & aptiori modo per sputum. Actionem Istam ab ipsa forma specifi-
ca argenti uiui fieri, non a complexione affirmamus. Argentum enim ui-
uum sanguini menstruo aduersatur, illud resoluendo, & e corpore edu-
cendo per eandem uiam, ad quam ipse sanguis menstruus natura sua mo-
uetur. Superiora. N. petit, ut dictum est, rheumatismos generans. ueri ta-
tem huius rei experimur in mulieribus menstruatis, quæ suo uisu speculū

inficiunt,& infantulos fascinant. Iam igit' patuisse potuit hanc malagma ticam curationem, rationalem esse, & non prophanam, ut auctor ille asse/ ruit. A secundo igitur articulo ad tertium accedamus. Dicentes quod mor bus iste nouus sit, aut uetustus. Si nouus, facilior, si uetustus, difficilior est curatu. Recenti itaq; morbo, habita prius notitia specifica ipsius uiri men strualis inficientis cognita, & complexione, ac dispositione ægrotantis, si plenitudo adsit, tollenda est, uel phlebotomia, uel pharmacis, ut necessariũ iudicaueris. & in his omnibus fiat ut. 2°. 3°. &. 4°. capitulis de curatione dictum est. Deinde ægrotus ungatur, dixit Arnaldus, inter duos ignes, ab adiutoriis brachiorum usq; ad manus, & a mediis coxis usq; ad pedes, un ctorq; manibus calidis optime fricare debet, ut uis malagmatum imprima tur in membris. Id mane, & uespere fiat, ante prãdium, & ante cænam, & singulis diebus, donec dẽtes dolere cæperit. Tunc cessare debet ab unctio/ ne. Significatur. N. quod uirus ipsum menstruale & humores abeo infe/ cti, tunc superiora petunt, ut per gingiuas, & palatum expellantur. Talis. N. horum malagmatum est proprietas, ut dictum est, Caueat ægrot' hoc tempore a frigore, ut mulier in puerperio, ne frigus per poros apertos sub intrans, lædat illos, neue malagmatum impediatur operatio. & sic stare de bet in illis linteis quousq; cesset fluxus phlegmatis per gingiuas. Hoc tem pore parum dormiat, immo procuret purgare totã illam materiam per spu tum, sedens super lecto, uel inclinatus. Hoc etiam tempore ægrotus uino leui decenter diluto utatur, pulmento ex capo, uel gallina illius anni nutria tur, Quia hi ægrotantes mandere non possunt, & ut uirtus, Quæ tunc læ ditur, custodiatur. Caueat ne aliae partes corporis ungant', & semper ante unctionem stomachus oleo nardino, & mastichino calido ungatur, fascia/ q; circũdet'. Argentũ enim uiuum stomachũ, & mẽbra omnia principalia lædit. Idcirco hoc tẽpore commodum est interius, & exterius cordi adhibe re fomenta. Si aluus astricta fuerit, suppositorio, uel lenitiuo enemate uta tur. Si fluxus phlegmatis per gingiuas superflueret, auctore Alnardo. acci piatur lutum armenũ cum sanguine draconis, & cum succo plantaginis in corporetur, & fiant pilulæ, Quas ægrotus in ore teneat. Ad hoc etiã uale ret collutio oris ex decoctiõe rerum stipticarũ, Quia tamẽ qui bene purgã/ tur per sputũ, optime curantur. Consulo ut talis opera omittatur, uel diffe ratur. Morbo nanq; iueterato sanguine, humoribusq; crassis, durioribus/ que factis, ad unctionem festinare non oportet, quia id frustra fieret, & in ægrotantis perniciem. Cuius tunc complexio, dispositioq; perspiciẽda est. Quod si sanguis superet, fiat in omnibus ut in. 2°. capite decuratiõe dictũ est. Quod si alii humores exuperent, ut in pluribus euenit, digerantur, &

minoratiue euacuentur iuxta uires ægrotantis. Nec digeſtionem tantum per ſirupos agere, ſed & balneo humores digerere, & præparare corpus ex pedit, ut facilis fiat illorum cõpetenti pharmaco eductio. & id ſæpius agas interpoſita membrorum confirmatione, optime ſemper regendo ægrotum diæta reſumptiua. Cum autem cacochimicam ſubſtuleris diſpoſitionem Quod uiuido ægrotantis colore, corporis leuitate, bonoq; appetitu cogno ſces. Tunc ad unctionem accede modo ſupradicto. Nec id agas tempore brumali, nec in principio ueris, Quia ea pars anni ad hyemem ſpectat, ſed in medio, uel in fine eius, uel eſtate ipſa. Aptius tamen tempus eſt uer, & haec de tertio articulo dicta ſufficiant? Quantum ad Quartum articu- lum, Ad primum dicendum, negando maiorem, ad probationem dicendũ quod argentum uiuum non eſt frigidum, immo calidum, ut patuit. Ad ex- perientiam dicendum id ſecutum fuiſſe ſua ipſius actuali frigiditate, & nõ complexionali. Ad aliud conceditur totum, & dicitur Quod talia malag- mata nõ debent exerceri in ipſo initio morbi, ne materia retrocedat, & mẽ bra lædat interiora, ſed prius iſti pharmacis purgandi ſunt, & ſi expediat, per phlebotomiam ſanguinem mittere, balneo etiam materia ad exterio- ra ducenda eſt, & minuenda. Deinceps unctio exercenda. Nec omnino ad oppoſitum talis unctio ducit materiam immo eam per palatum, & gingi- uas potenter educit, per quam uiam uirus ipſum mẽſtruale mouetur illud & deſtruit, ut ſupra monſtratũ eſt. Cutim etiam infectam, & partes ei uici nas mundat, & rectificat. Ad aliud negatur, minor, immo talia malagma- ta podagræ conferunt, Ad Auicennam dicendum Quod fumus argenti uiui cum ſublimatur propter fortem diſſolutionem eliquando materias fa cit ipſas præcipitare ad neruos, & ſic inducit paraleſim, & tremorem, ad- miniſtratus uero in malagmatis educit materias diuerſas per ſputũ, & po- tenter, ut experimento patet, & non lædit neruos, nec iuncturas, immo do lores eorum tollit. Ad aliud negatur maior, cum difficile ſit inuenire, quod ex omni parte proſit, & nihil noceat. Talia autem ulcera non diu perma- nent, immo ſedato fluxu materierum per gingiuas ſanantur. Vel aliter ne gatur minor, immo talia malagmata curant ulcera gutturis, uuulæ, & pala ti uirus menſtruale deſtruendo, & malam materiam ulcerantem præcipi- tando per gingiuas eam per ſputum educendo, nec fætorem oris indu- cunt, niſi per accidens, educendo humores corruptos per illa loca, quibus eductis fetor oris abiicitur.

De curatione morbi Gallici per remotionem accidentium, quæ unctionem comitantur. Capitulum octauum.

Ccidentia quæ unctionem comitantur sunt coloris extinctio, debilitas stomachi, oris fætor, & dentium commotio. Primo itaq; accidenti haec affer auxilia, ægrotum in balneũ mitte, & cum aqua decoctionis fumiterræ, acuti lapatii, saluiæ, rosmarini, foliorum lauri, eum lauari iube, & uino odorifero aqua admisto rosacea faciem alluere, caputq; eius ex optimo lixiuio in quo decocta sint rosmarinus, saluia, rosa, seneq; abluere, ac ligno aloes, musco, ambraq; totum corpus, uestesq; suffire. Hæc.N. corroborant spiritus, & colorem efficiunt bonum. Pristinæ uires his auxiliis stomacho restituendæ sunt. Animaduertendum utrum bilis, an pituita stomachum repleat. Si bilis, & calor eius epatis adsit, eam uomitu ieiunio excutere, prius uentrem inferiorem clysteri purgare, & reubarbaro in parua dosi administrato aluum ducere, crebro tamen ei offerre, triasandalos, & syrupum de cicorea descriptione Gulielmi, syrupum & rosaceũ, & rosaceã cõseruã ægrotãti ministrare cõuenit. Hæc.N. stomachũ roborant, & epatis calorem reprimunt. Sume rosam, coriandrum, absynthium, coralum, & spicam nardi, & ex his sacculum construe, Quem stomacho extrinsecus applicabis. Hunc prius calefacito super tegula, uino aqua rosacea admisto aspersa. Ex oleo mastichino rosaceo cidoniorum nardino stomachus etiam fouendus est. Quod si pituita stomachum repleuerit, post cibum plurimum præsertim incisiuum uomitu nauigatione, uel alio ingenio procurato excutiatur. Pilulas mastichinas descriptione Conciliatoris pariter & elephanginas unã, aut duas, uel tres uespere præbebis ægrotanti ante cenam, ut eius dispositio tibi exigere uidebitur. Mane uero mel rosatum, uel syrupum de absynthio, uel aromaticũ rosatum descriptione Gabrielis ministrabis. Remedia etiam alia curatiua exercebis, si ea probaueris necessaria, ea late scripta in libris medicorum tum antiquorũ, tum modernorum reperies, illuc reccurrere molestum non sit. Fætor oris, & si pluribus de causis contingere possit, hoc tamen in morbo ut plurimũ euenit propter gingiuarum putredines ex defluxu materiæ corruptæ ad gingiuas, Cui & si subueniat phlobotomia scarificatione aluiq; ductione. Quia tamen hæc ante unctionem peracta fuere, & unctio ipsa totum ab humoribus corruptis potenter corpus mundificat, eos per gingiuas expellendo, & ut plurimum cessante tali fluxu hæ putredines seipsis curantur tali ab operatione ad tempus quiescendum censeo. Quod si insideat significat tunc corporis immũdities, ꝓdest tũc pharmaca exhibere. Significat

etiam uirus ipsum menstruale nondum esse destructum. Et hoc in casu nõ præter regulam arbitramur confirmata uirtute tales iterato ægrotantes perungere, quod respondisse sæpissime non ignoramus. Deinde collutionibus utere Quas causæ accommodabis, contraria semper applicando. Commotio dentium in casu nostro, ut plurimũ fit propter humiditatem relaxantem, cui supposita corporis mundificatione oris stipticis collutionibus subueniendũ est, cæterisq; huiuscemodi auxiliis. Horum accidentium curationes exquisitas ferre superfluum duximus, Quia his sæpissime non indigemus, quod si necessitas urgeat tales exercere curationes, nõ sit molestum ad uolumina medicorum confugere.

De Curatione morbi Gallici per correctionem accidentiũ, Quæ hunc morbum sequuntur. Capitulum nonum.

Accidentia quæ hunc sequũtur morbum, duo posita fuere primũ fuit cutis defædatio, alterum uero dolores in uniuerso corpore. Sunt & alia accidentia, ut nodositates, & ulcera. Defædationes, ut uisum est, in ipso initio morbi in interiora pellendæ non sunt, immo balneo iuuanda est natura attrahendo ad partes cutaneas. Sed quia, ut in pluribus hæ in facie exoriuntur, mulieres, uirosq; deturpantes, ideo aquam constituimus, quæ tales fædos emendat affectus, cuius receptio talis est. Sume succi plantaginis uncias tres, succi fumiterræ tantundem, succi endiuiae, uncias quatuor, succi uuæ acerbæ, uncias duas, aceti nigri, unciam unam, cerusæ drachmas tres, argenti sublimati drachmam unam, salis cõmunis tantundem, succos depuratos reliquis misceto rebus, & in ampulla ad ignem bulliant ad consumptionem decimae partis, Qua crebro illine in facie quæ fuerint defædationes. Dolores, & si malagmatica prænarrata curatione tollantur, nonnunq̃ tamen anni tempus, pariter & ægrotantis dispositio eam prohibent, exerceri. Sed quia hoc in morbo dolores acerrimi noctu inualescere consueuerunt, somnum auferentes, unde eorum uires deiiciuntur. Hoc igitur in casu, in ipsis sedandis laborandum est, fouendo membra ipsa dolẽtia rebus anodinis, & oleo eiusdem uirtutis, eadẽ perungendo membra, & ad ultimum, magna cogente necessitate, ad narcotica deuenire oportet, non exterius super membra dolentia ea applicare, sed interius exhibendo de Philonio Romano in parua Quantitate, puta drachmam mediam, uel drachmam unam ad summum. Nonnunq̃ etiã in capite dolores eueniunt acerrimi, die, noctuq; ægrũ quiescere non permittẽtes, Quibus subueniendũ est crebra humoris maligni euacuatione,

in debili dosi pharmacum exhibendo, præposita digestione conuenienti, & ægrotantē balneare, & in balneo caput eius ex alto embrocare ex decoctione rerum anodinarum, naribusq; caput purgiū imponere. cuius receptio hæc est. Sume succi cucumeris agrestis ūcias tres, succi yreos uncias duas, succi maioranæ tātūdē, succi betæ ūcias sex, bulliāt, & depurent & colentur, & cū pluma naribus immitant. Magnifice. N. educit superfluitates ex capite, & id fiat singulo mane & uespere añ cœnā. Balneū, & embroca alternis exerceant diebus, & ea die qua balneū nō exercet, clysterizet ægrotus decoctiōe capitis ueruecis, senę, & agarici, adiecta uncia una hieræpigræ. Hoc quidē modo tales, nutu Dei, pelles dolores. Nodositates & si optime p malagmata superius exposita, dissoluant, commodū tamē est ante unctionē membra ægrotantia fouere, emplastrare, inungere, ac balneare, ministrando medicamēta mollificatiua ut duo resolutiua, ut unū ut membra ipsa ægrotantia aptius uirtutes malagmatum suscipere ualeant. Vlcera non solum in uirga, uerumetiam in uniuerso corpore exoriūtur, & præsertim in morbo inueterato. Vlcera uirgæ in initio morbi euenientia, qualiter curent diximus cum de curatiōe ageremus præseruatiua. Inueterata autē ulcera non tantū in uirga, uerumetiam in reliquis partibus corporis, curatiōe ipsa malagmatica tollunt. Qđ si talē non admitterēt curationē, tunc cauterium exercendum est actuale, id. N. perfecte talia curat ulcera.

Malagma sanans morbum. Gallicum.

SVme axungiæ porci libram unam adipis uiperæ uncias tres, olei laurini uncias tres, argēti uiui extincti uncias quatuor & semis, lithargirii argentei & aurei ana uncias duas, mastichis, & thuris ana unciam unam & semis, terenda terantur subtiliter, & misceantur, & fiat malagma ad usum quomodo dictū est. Quidā in curatiōe horum languentiū, uice malagmatū suffitiōibus ex cinnabary, quæ ex argēto uiuo, & sulfure cōstat, utuntur, & mirabilia qñq; operant, sed malagmata salubriora sunt. Et hæc de morbo Gallico dicta sufficiant, ad laudem summi & æterni dei Qui sit benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Iacobi Catanei de Lacumarcino liber de Morbo Gallico
Finit.

Bernardinus Silua Calcographus Taurini
Excudebat. Anno a deiparæ partu.
M.D.XXXII. Die 15. Iunii.

Folio primo pagina ſecunda linea decimanona deꝑhendim p deprehendi-mus.fo.2.pag.1.lin.10.poteſt pro poſt.& infra lin.16.ꝑſpecta p pſpecta.& infra lin.20 puenerint pro puenerũt & infra lin.24.pena p penna.fo.4.pag.2.lin.13.uula p uulua.& infra lin 29.3.cap.p.3ª.cauſa.& infra lin ultima fortuſſe p fortaſſe.fo.5.pag.1.lin.11.generãt p gñrat.& infra lin.32.hincꝫ p hincqꝫ.fo.eodẽ pag.2.lin.4.infigit p infigit̃.fo.6.pag.1.lin.ultima.iſtis p iſti.fo.8.pag.1.lin.4.2° p.3°.& ĩfra lin.inmediate ſequẽte cõprẽdere p.cõpræhẽdere.fo.9.pag.1.lin.17.p exiſtẽtes p præexiſtẽtes.fo.9.pag.2.lin.10.euocat p euocata.fo.11.pag.1.li.4.hippocriſis p hippocratis.& infra lin.25.uulã p uuulã.& ĩfra lineæ ultime debet addi quomodocũqꝫ tñ ſit cõplexio.fo.11.pag.2.lin.2.ſpecialiter p ſpecialis.fo.12.pag.1.lin.33.copi p corpori &.fo.eodẽ pag.2.lin.22 ĩtellidẽda.p intelligẽda fo.14.pag.1.lin.34.m̃bũ p morbũ.fo.16.pag.1.lin.8.plectoriã p cacochimiã & infra li.11.plectoria p cacochimia.fo 19.pag.1.li.11.chamæmeli.p chamameli.fo.20.pag.1.lin.35.methaphiſicoꝝ p methaphiſicæ.fo.eodẽ pag.2.lin.31.poſt illa uerba maetria uapoꝝ ſuꝑfluit.&, et addenda ſunt hæc.reſtat ut aqua & terra ſint materia uapoꝝ.& ĩfra linea ultima ſuꝑfluũt uerba hæc & reſtat ut aqua .fo.24.pag.1.lin.6.phiſionomia p phlebotomia.& infra lin.12.Methaphiſicorum p Methaphiſicæ,fo.25.pag.1.lin.5.morbus pro morbis & infra lin.13.morto pro mortuo.

Index eorum, Quæ in hoc libro continentur.

Et primo Epiſtola auctoris	folio 1.
De origine & nomine morbi Gallici	folio 3.
De morbi Gallici definitione	folio eod.
De cauſis morbi Gallici	folio 4.
De morbi Gallici ſignis	folio 11.
De prognoſticis morbi Gallici	folio 12.
De Remediis morbi Gallici Et pº.de curatiõe ꝑſeruatiua	folio 13.
De curatione morbi Gallici	folio eod.
De Dieta	folio eod.
De curatione morbi Gallici per phlebotomiam	folio 14.
De curatione morbi Gallici per digerentia	folio 15.
De curatione morbi Gallici per euacuantia	folio eod.
De curatione morbi Gallici per adminiſtrationẽ uiparum	folio 16.
De curatione morbi Gallici per adminiſtrationem balnei	folio. 17.
De curatiõe morbi Gallici per adminiſtrationẽ malagmatũ	folio 19.
De curatione morbi Gallici per remotionem accidentium	folio 26.
De curatione morbi Gallici per correctionem accidentium, Quæ hunc morbum ſequuntur	folio. 27
Malagma ſanans morbum Gallicum	folio eod.

